

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Breviarium benedictinum - Cod. St. Blasien 19 bis 23

Pars Hiemalis - St. Blasien 20

Gerbert, Martin

[St. Blasien], [um 1774 - 1777]

De sanctis

[urn:nbn:de:bsz:31-48925](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-48925)

1.
Proprium Sanctorum.

Baru Hyemalis.

Die XXVII. Novembris.

S. Columbani abbatis commemoratio.
Ad utrasque vesp. et laudes, de communi
abbatum.

Feria proxima
post Dom. 1. Adventus nullo alio festo
impedito celebratur festum

S. Gabrielis Archangeli.

Dupl. mai. jr. lect.

Ad vesperas antiphona ex matutinis.

Lectio ysa. 52.

Quam pulcri pedes annuntiantis et pro-
dicantis pacem, annuntiantis bonum,
predicantis salutem; dicentis Sion: reg-
nabit Deus tuus.

Ps. lxx. Vox exultationis et salutis in
tabernaculis iustorum. Rep.

Ps. lxx. Dextera Domini fecit virtutem. & iii.

Ps. lxx.

Hymnus.

1. Mentibus letis jubilemus omnes;
En salus orbi misero paratur: *
Et unum coelo veniens ab aethere
Gabriel adfert.
2. Virgini casto paranymphus adflat,
Ex Deo natum paries, parente: *
Qui salus mundi foret, et paterna
Regna teneret.
3. Nuntius felix, melioris ovi
Faussta qui mundo Gabriel tulisti: *
Creber e coelo venias, amica
Gaudia portans.
4. Gratias Regi Superum canamus,
Fons decius bona cuncta manant: *

Quem fides veri studiosa Trinum
Credidit unum. Amen.

V. Domine audiui auditionem tuam;

R. Et timui. Mat. 3.

Ad Magnif. ant. Ad Gabriel angelus: ne
timeas Maria; invenisti enim gratiam
apud Deum: & eue concipies in utero, et
paries filium; et vocabis nomen eius Iesum.
Luc. ij.

Oratio.

Deus, qui inter ceteros angelos ad annun-
tandum incarnationis tuae mysterium
Gabrielem Archangelum elegisti: concede
propitius; ut qui festum eius celebramus
in terris, ipsius patrocinium sentiamus
in coelis. Qui vivis.

Deinde fit commem. festi precedentis
s. nisi post Dominicam vel festum s. Andree
evenerit, quia tunc des. Gabriele fit
Sola commemoratio: et feria.

Ad vigilias nocturnas.

Invidat. Deum, qui facit angelos suos
Spiritus: & venite adoremus. Ps. 103.

Hymnus.

Brev. Rom. correcti.

1. Christe Sanctorum decus angelorum,
Gentis humano sator et Redemptor: &
Coelitum nobis tribuas beatas
Scandere sedes.
2. Angelus fortis Gabriel, ut hostes
Bellabat antiquos & amica caelo,
Euo triumphator statuit per orbem,
Templa revisat.
3. Virgo dux pacis, geniatrixque lucis,
Et sacer nobis chorus angelorum
Semper assistat, & simul et micantis
Regia coelis

¶ Propter hoc nobis Deitas beata
 Patris ac filii, pariterque sancti
 Spiritus: & cuius resonat per omnem
 gloria mundum. amen.

In I. Nocturno.

Antiphona ad vigilias de psalterio, tem-
pore adventus.

V. Memento nostri Domine in benepla-
 cito populi tui.

R. Visita nos in salutaribus. Ps. 105.

Lectioes et RR. quatuor de scriptura
et feria currente.

In II. Nocturno.

V. Prope timentes Deum salutare ipsius:

R. Ut inhabilet gloria in terra nostra. Ps. 84.

Lectio V.

Sermo S. Bernardi abbatis.

Homil. I. super misus. n. 2.

Misus est angelus gabriel a Deo. Non arbi-
 tror, hunc angelum de minoribus esse, qui
 qualibet ex causa crebra soleant ad terras fungi
 legatione: quod ex eius nomine palam
 intelligi datur, quod interpretatum Forti-
 tudo Dei dicitur: et quia non ab alio aliquo
 forte excellentior esse: ut ad solet: spiritus,
 sed ab ipso Deo mitti perhibetur. Propter
 hoc ergo positum est: a Deo, vel ideo dictum
 est: a Deo; ne cui vel beatorum spirituum
 suum Deus, antequam Virgini, revelare
 pateretur consilium, excepto dumtaxat
 Archangelo Gabriele; qui ubique tanto inter
 suos inveniri potuerit excellentior, ut tali
 et nomine dignus haberetur et nuntio.

R. Adhuc me loquente in oratione, ecce
 vir gabriel, quem videram in visione a
 principio, & cito volans tetigit me in tem-
 pore sacrificii vespertini. V. Prope est

Dominus omnibus invocantibus eum:
omnibus invocantibus eum in veritate.
* cito volans. Dan. g. 6f. 111.

Leitio VI.

Nec discordat nomen a nuntio. Dei quippe
virtutem Christum quem melius nuntiare
decebat, quam hunc, quem simile nomen
honorat. Nam quid est aliud fortitudo, quam
virtus? Non autem dedecens, aut incon-
gruum videatur, Dominum et virtutum
communi censei vocabulo: cum similis
in utroque appellationis, non sit tamen
utriusque similis causa. Aliter quippe
Christus fortitudo vel virtus Dei dicitur,
aliter angelus. Angelus enim tantum xun-
cupative Christus autem etiam substantive
Christus Dei virtus et dicitur et est, quo forti-
armato, qui suum atrium in pace custo-
dire solebat, fortior superveniens ipsum
suo brachio debellavit: et sic ei vasa capti-
vitatibus potenter eripuit.

R. Docuit me gabriel, et locutus est mihi
dicens: * nunc egressus sum, ut docerem te,
et intelligeres. V. Tu ergo animadvertite
sermonem, et intellige visionem. * nunc.
Dan. g.

Leitio VII.

Angelus vero fortitudo Dei appellatus est,
vel quod huius modi meruerit prerogativa
officii, quo eiusdem nuntiare adventum
virtutis: vel quia virginem natura pavi-
dam, simplicem, verecundam, de miraculi
novitate ne expavesceret, confortare debe-
ret; quod et fecit: ne timeas, inquiens,
et maria, invenisti gratiam apud Deum.
Sed et ipsius prorsum, hominem utique
nihilominus humilem et timoratum,

non irrationabiliter forsitan idem ang-
 gelus confortasse creditur, quamquam
 hunc ab euangelista non nominetur:
 Joseph, inquit, fili David, ne timeas acci-
 pere Mariam conjugem tuam. Convenien-
 ter itaque Gabriel ad hoc opus eligitur,
 in eo quia tale illi negotium injungitur,
 reale tali nomine designatur.

¶ Exaudita sunt uerba tua, et ego ueni
 propter sermones tuos, ut docerem te, & que-
 rentura sunt populo tuo. V. Magna sunt
 iudicia tua Domine, et inenarrabilia uer-
 ba tua. * que. Pan. q. Sap. 17.

Lectio VIII.

Ex tract. ad Hug. cap. 5. n. 21.

Modum illum tam incomprehensibilem,
 quem et uirgo sollicita requisivit, unde
 queso doceri queam, angelis fuisse preceog-
 nitum? et mihi uero uidetur, ne ipsi quidem
 si ut ipse eius dixerim: qui nunquam habet quod
 et ipse fateatur, si eius uerba diligenter aduer-
 timus. Respondens quippe: Spiritus sanc-
 tus superueniet in te, nonne aperte nihil
 ad magisterium Spiritus sancti, cuius uactio-
 ne doceatur de omnibus, quorum ipse sibi non
 presumit scientiam, et discat experiendo,
 quod audiendo non poterat? Denique subjun-
 git, et uirtus ac uisus obumbrabit tibi;
 expressius profecto significans modum
 secretissimum arcani incomprehensibilis,
 et ineffabilis sacramenti, quo quasi in
 umbra cum sola et in sola uirgine sola
 Trinitas conceptum fuerat operatura
 diuinum... Sed et ipsam uirginem, rogo,
 unde probabitur, ex nomine uel ex facie
 ante cognitam angelis, quod ipsa uidelicet
 esset, quam deus elegerit in matrem filii,
 excepto dumtaxat Archangelo, cui et

Scrivanda ab initio tradita fuisse credenda est?

R. Nil nomen Domini benedictum; quia sapientia et fortitudo eius sunt. & ipse revelat abscondita, et novit in tenebris constituta; et lux cum eo est. V. Dei sapientiam, quae abscondita est, nemo principum huius seculi cognovit; nobis autem revelavit Deus. & ipse. gloria. & ipse. 1an. 2. j. Cor. 2

In III. et nocturno. ant.

Emitte agnum Domine dominatorem terre, & de petra deserti, ad montem filii Sion. Ps. 16.

Cantica, ut in Dominica I. Adventus.

V. Excita potentiam tuam et veni:

R. Ut salvos facias nos. Ps. 74.

Lectio IX.

De epistola S. Pauli apostoli ad Hebraeos.
cap. 1.

Christus sedet ad dextram maiestatis in excelsis, tanto melior angelis effectus, quanto differentius pro illis nomen hereditavit. Cui enim dixit aliquando angelorum: Filius meus es tu, ego hodie genui te? et rursum: ego ero illi in patrem, et ipse erit mihi in filium? Et cum iterum introducit primogenitum in orbem terre, dicit: et adorent eum omnes angeli Dei. Et ad angelos dicit: qui faciunt angelos suos spiritus, et ministros suos flammam ignis.

R. Apparuit Zachario angelus Domini, stans a dextris altaris incensi: & et Zacharias turbatus est videns, et timor irruit super eum. V. Angelus Domini affuit, et lumen resupsit in habitaculo. & et Zach. Luc. j. act. 12.

Lectio X.

Utrum autem angelorum dixit aliquando:
Sede a dextris meis, quoad usque ponam
inimicos tuos scabellum pedum tuorum?
Nonne omnes sunt administratores spiri-
tus, in ministerium missi propter eos,
qui hereditatem capient salutis?

Sp. ait ad illum angelus: ne timeas Za-
charia; & quoniam exaudita est deprecatio
tua. V. Plorans nequaquam plorabis;
miserans miserabitur tibi Dominus. &
quoniam. Luc. i. ff. 50.

Lectio XI.

Propterea abundantius oportet obser-
vare nos ea, quae audivimus, ne forte
pereffluamus. Si enim, qui per angelos
dictus est sermo, factus est firmus, et omnis
prevaricatio et inobedientia accepit justam
mercedis retributionem, quomodo nos
effugiemus, si tantam neglexerimus sa-
lutem?

Sp. Eue eris tacens, et non poteris loqui
usque in diem quo hoc fiat, pro eo quod
non credidisti verbis meis: & quae imple-
buntur in tempore suo. V. Ego sum Ga-
briel, qui adsto ante Deum: et missus sum
loqui ad te, et hoc tibi evangelizare.
& quae. Luc. i.

Lectio XII.

Testatus est autem in quodam loco quis
dicens: quid est homo, quod memor es eius,
aut filius hominis, quoniam visitas eum?
et dimisti eum paulo minus ab angelis,
gloria et honore coronasti eum, et consti-
tuiti eum super opera manuum tuarum:
omnia subiecisti sub pedibus eius. In eo enim,
quod omnia ei subiecisti, nihil dimisit non sub-
iectum ei.

Et dabit illi ~~Deo~~ Dominus Deus sedem David
 patris eius, et regnabit in domo Jacob in
 eternum: et regni eius non erit finis. V.
 Super solium David, et super regnum eius
 sedebit, et regnabit. V. gloria. Et regnabit.
 Luc. j. ff. 9.

Sequentia S. Evangelii secundum Lucam.

cap. i.

In illo tempore: et misit angelus gabriel
 a Deo in civitatem galilee, cui nomen
 nazareth, ad virginem desponsatam viro,
 cui nomen erat Joseph, de domo David, et
 virginis et Maria. Et ingressus angelus ad
 eam, dixit: ave gratia plena, Dominus te-
 cum, benedicta tu in mulieribus. Quo-
 cum audisset, turbata est in sermone eius,
 et cogitabat, qualis esset ista salutatio.
 Et ait angelus ei: ne timeas Maria, inve-
 nisti enim gratiam apud Deum; ecce con-
 cipies in utero, et paries filium, et voca-
 bis nomen eius Iesum. Hic erit magnus,
 et filius aeterni vocabitur: et dabit illi
 Dominus Deus sedem David patris eius, et
 regnabit in domo Jacob in eternum: et
 regni eius non erit finis. Dixit autem
 Maria ad angelum: quomodo fiet istud,
 quoniam virum non cognosco? Et re-
 spondens angelus dixit ei: Spiritus sanctus
 superueniet in te, et virtus aeterni
 obrumbrabit tibi. Ideoque et quod nascetur
 ex te sanctum vocabitur filius Dei. Et
 ecce Elisabeth cognata tua, et ipsa concepit
 filium in senectute sua: et hic mensis
 sextus est illi, que vocatur sterilis: quia
 non erit impossibile apud Deum omne
 verbum. Dixit autem Maria: ecce ancilla
 Domini: fiat mihi secundum verbum tuum.

Ad matutinas et horas antiphona.

Eue ego mitto angelum meum: * et
preparabit viam ante faciem meam.

Mat. 12.

2. 1. M. Ipsi est angelus gabriel a Deo, *
ad virginem de sponsa tam viro. Luc. 1.

3. M. Ingressus angelus ad Mariam dixit:
ave gratia plena Dominus tecum: *
benedicta tu in mulieribus. ib.

4. M. Eue concipies in utero, et paries filium.
* et vocabis nomen eius gesum. ib.

5. ad laud. Laudate Deum omnes angeli
eius: * laudate eum omnes virtutes eius.
Ps. 148.

Lectio apoc. 7.

Omnes angeli stabant in circuitu throni,
et leonum, et quatuor animalium: et
ceiderunt in conspectu throni in facies
suas, et adoraverunt Deum.

R. br. Benedicite Domino * omnes angeli
eius. Rep.

V. Potentes virtute, facientes verbum
illius. * omnes. V. gloria. Rep. Ps. 102.

Hymnus et ad vigiliis.

V. Adorate Dominum omnes angeli eius:

R. audient et letata est Sion. Ps. 96.

Ad Bened. ant. Dixit gabriel ad Zacha-
riam: uxor tua Elisabeth pariet tibi fili-
um: * ipse procedet ante illum in spiri-
tu et virtute Elie, parare Domino ple-
bem perfectam. Luc. 1.

Et filii commemoratio ferie.Ad Tertiam.

Lect. Isa. 57. Spiritus a facie mea egredie-
tur; creavi fructum labiorum pacem,
pacem ei, qui longe est, et qui prope, dixit Domi-
nus.

V. audiam, quid loquatur in me Dominus Deus.
 R. Quoniam loquetur pacem in plebem suam.
Ps. 84.

Ad Sextam.

Lev. Judic. 5. Benedicta inter mulieres, et
 benedicatur in tabernaculo suo: qui diligunt
 te Domine, sicut sol in ortu suo splendet,
 ita rutilent.

V. Benedixisti Domine terram tuam.
 R. Averisti captivitatem Jacob. Ps. 48.

Ad Nonam.

Lev. Isa. 7. Eue virgo concipiet, et pariet
 filium, et vocabitur nomen eius Emmanuel.

V. Dominus virtutum nobiscum:
 R. Susceptor noster Deus Jacob. Ps. 45.

ad II. Vesperas.

antiphona ex matutinis.

Cetera ut ad I. Vesperas.

V. Repexit Dominus in orationem humilium:
 R. Et non previt precem eorum. Ps. 101.

Ad Magnif. ant. Dixit Maria: eue ancilla
 Domini, fiat mihi secundum verbum tuum.
 Et discipit ab illa angelus. Luc. 1.

Et fit commem. festi sequentis, et fer.

Sed in I. Vesp. S. Andree de S. Gabriele
fit tantum commem.

Die XXIX. Nov.

De vigilia S. Andree nihil fit in officio;
misa autem conventualis dicitur de ea,
cum commem. fer.

Pro commem. S. Saturnini etc.

Oratio S. Greg.

Deus, qui nos beati Saturnini Mar-
 tyris tui concedis natalitio perfui:
 eius nos tribue meritis adjuvari.
 Per Dominum.

Die XXX. Nov.

In festo S. Andree apostoli.

Dupl. II. clas. 12. lect.

Omnia de communi apostolorum,
preter sequentia.

Ad Magnif. ant. in I. Vesp. Invenit Andreas
fratrem suum Simonem et dicit ei: inveni-
mus Messiam: et adduxit eum ad Jesum.

Ps. 2.

Oratio S. Greg.

Majestatem tuam Domine suppliciter
exoramus: ut sicut ecclesia tua beatus
Andreas apostolus exhibitus, predicator et
rector; ita apud te sis pro nobis perpetuus
intercessor. Per Dom.

Ad vigilias nocturnas.

Omnia de communi apostolorum.

Lectiones et Ps. 111. I. cl. de script.
et feria currente.

In II. nocturno.

Lectio V.

Ex hist. Evang. et Lucif.

Andreas Bethsaida natus, qui est Galilaeo
viciis, frater Petri, discipulus Joannis Bap-
tista, cum eum de Christo dicentem audisset:
ecce agnus Dei, secutus Jesum, fratrem
quoque suum ad eundem perduxit. Cum
postea unacum fratre piscaretur in mari
Galilaeo, ambo a proterente Domino vo-
cati illis verbis: venite post me, faciam
vos fieri piscaiores hominum, nullam
interponentes moram, relictis retibus,
secuti sunt eum. Postquam ascensionem An-
dreas in Scythia evangelium predicavit:
cumque in Graciam pervenisset, multis

ab idolorum cultu ad Christi fidem perductis,
urbem Batrias in Achaia glorioso martyrio
nobilitavit.

Lectio VI.

Sermo S. Petri Chrysologi.

Serm. 133.

Beatus Andreas hodie moriendo pro
Domino, toto viribilibus gradu dominicus
incaumbit herere vestigiis: ne cum cur-
sus faciat, disparem fratri, quem natura
similem, vocalis socium, parem gratia
ipsa perfecerat. ad unam vocem Domini
sicut ille patrem, patriam, consuem reli-
quit. Solum est, quod tempore dominico
passionis fugit: sed neque hoc impari, quia
non est gravius fugere, quam negare.
Sed equavit fratres venia, quos si disre-
vera culpa. Nam crucem, quam refugerant,
postea conjunctis viribus ardentem inva-
dunt; ut unde reatum sumpserant, inde
conscenderent caelum, inde premium
sumerent et coronam. Petrus namque
crucem, arborem ascendit Andreas; ut qui
Christo compati gestiebant, in semetipsis
figuram formamque ipsius exprimerent
passionis, et redempti ligno consummarentur
ad palmam. Sic Andreas noster cessit
ordini, premio tamen non cedit et labori.

Lectio VII.

Sermo S. Bernardi abbatis.

Serm. 2. de S. Andr. n. 1. 2.

Beati Andreæ apostoli solemnitas hodie
celebratur: quam si pia sollicitudine per-
scrutemur, multa invenimus in ea, que
edificent animas nostras. In ipso siquidem
conversionis initio magnum nobis perfecta
obediens prestat exemplum. Quod quidem
Christianis omnibus necessarium, nobis

15.
lumen est carius amplectendum, qui nimirum specialiter ex ipsa professione nostra tenemur obedientia debitores.

Lectio VIII.

Vis audire perfecte obedientie formam? vidit Dominus, ait Evangelista, Petram et Andream mittentes rete in mare; et ait illis: venite post me, faciam vos fieri pisces hominum. Faciam, inquit, de piscatoribus, pisces, immo predicatores. Nulli continuo, nihil dijudicantes aut hesitantes, non solliciti unde viverent, non considerantes, quonam modo rudes homines et sine litteris, predicatores fieri possent, nihil denique interrogantes, sine omni mora relictae relictis et navi secuti sunt eum. Agnoscite fratres, quoniam propter vos scripta sunt haec, propter vos singulis annis in ecclesia recitantur: ut discant vos obedientie formam, castigatis corda vestra in obedientia charitatis: sola enim est charitas, quae obedientiam gratam facit et acceptabilem Deo.

In III. et octavo.

Lectio IX.

De epistola prima beati Pauli apostoli ad Corinthios. cap. j.

Misit me Christus evangelizare, non in sapientia verbi, ut non evanescat crux Christi. Verbum enim crucis pereantibus quidem stultitia est; iis autem, qui salvi fiunt, id est nobis, Dei virtus est. Scriptum est enim: perdam sapientiam sapientium, et prudentiam prudentium reprobo. Ubi sapiens? ubi scriba? ubi conquistor huius seculi? nonne stultam fecit Deus sapientiam huius mundi?

Lectio X.

Nam quia in Dei sapientia non cognovit mundus per sapientiam Deum, placuit Deo, per stultitiam predicationis salvos facere credentes. quoniam et Iudaei signa petunt, et Graeci sapientiam quorunt: nos autem predicamus Christum crucifixum Iudaeis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam; ipsis autem vocatis Iudaeis atque Graecis Christum Dei virtutem et Dei sapientiam: quia quod stultum est Dei, sapientius est hominibus; et quod infirmum est Dei, fortius est hominibus.

Lectio XI.

Videte enim vocationem vestram, fratres, quia non multi sapientes secundum carnem, non multipotentes, non multi nobiles: sed quo stulta sunt mundi, elegit Deus, ut confundat sapientes: et infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia: et ignobilia mundi, et contumibilia elegit Deus, et ea, quae non sunt, ut ea, quae sunt, destrueret: ut non gloriatur omnis caro in conspectu eius. Ex ipso autem vos estis in Christo Iesu, qui factus est nobis sapientia a Deo, et iustitia, et sanctificatio et redemptio: ut quemadmodum scriptum est: qui gloriatur, in Domino gloriatur.

Lectio XII. cap. 2.

Et ego cum venissem ad vos, fratres, veni non in sublimitate sermonis aut sapientia, annuntians vobis testimonium Christi. et non enim iudicavi me scire aliquid inter vos, nisi Iesum Christum, et hunc crucifixum. Et ego in infirmitate et timore, et tremore multo fui apud vos: et sermo meus et predicationis mea non in persuasibilibus humana sapientiae verbis, sed in ostensione spiritus

15.
A virtutibus: ut fides vestra non sit in sapi-
entia hominum, sed in virtute Dei.

Sequentia sancti Evangelii

Secundum Mattheum. cap. 11.

In illo tempore: Ambulans Iesus juxta
mare Galilee vidit duos fratres Simo-
nem, qui vocatur Petrus, et Andream
fratrem eius, mittentes rete in mare,
erant enim piscatores; et ait illis: venite
post me, et faciam vos fieri pisca-
tores hominum. Illi continuo relic-
tis retibus secuti sunt eum. Et procedens inde,
vidit alios duos fratres, Jacobum Zebedaei,
et Joannem fratrem eius, in navi cum
Zebedaeo patre eorum, reficientes retia
sua: et vocavit eos. Illi autem statim
relictis retibus et patre secuti sunt eum.

Ad Bened. ant. Erat Andreas unus ex
duobus, qui audierant a Joanne, esse
agnus Dei: et secuti fuerant Iesum.
Joan. 1.

In II. vesp. ad Magnif. ant. Omnia
Detrimendum feci, ut Christum luci-
faciam, ad cognoscendum illum, et
virtutem resurrectionis eius, et so-
cietatem passionum illius: et confi-
guratus morti eius. Philip. 2.

Fil. commemoratio ferio.

Si hoc festum occurrat in Domi-
nica, celebratur die sequente
cum I. Vesperis, et commem.
Dominica.

December.Die II. Dec.S. Petri Chrysologi episcopi et Doctoris.Duple. 3. lect.Officium de communi Doctorum.Oratio brev. Rom.

Deus, qui beatum Petrum Chrysologum
doctorem egregium, divinitus premon-
stratum ad regendam et instruendam
ecclesiam tuam eligi voluisti: presta
quosumus; ut quem doctorem vultu
habuimus in terris, intercessorem
habere mereamur in caelis. Per Domi-
num.

Et fit commemoratio ferio.Lectioes duo cum suis R. G. dic. de
Scriptura et feria currente.Lectio III.Ex sermonibus S. aliusque monumen-
tis eccles.

Petrus, ob auream eloquentiam cogno-
mento Chrysologus, Foro Cornelii natus,
a Cornelio eiusdem urbis episcopo in
religione, litteris ac pietate instructus
est, eo fructu, ut cum ecclesie suo diaco-
num ordinaret. Unde ad regendam Ra-
vennatensem ecclesiam a Nisto tertio,
Romano Pontifice divinitus admonito
destinatus, in prima mox concione popu-
lum suum ita allocutus est: hodie ecclesie
Ravennati pro patre natus est filius, qui
cum non pondere inclinet, non auctoritate
deturcat, non commotione sollicitet, non
appetitate conturbet, sed fidei sustentet
obsequio, cura pervigili faciat, persecuram;
familiam blanda institutione componat;

hospitibus curabat; parentibus servial;
 regibus obtemperet; potestatibus collabo-
 ret; Deisenibus reverentiam, pueris gra-
 tiam, fratribus amorem, parvulis im-
 pendat affectum, liberam per Christum
 cunctis exhibeat servitutem. quae omnia,
 hisque majora, ex aile ut pollicitus est,
 ab eodem observata fuisse, rerum quam
 optime probavit eventus. Varios abusus,
 interque eos ludos personatos kalendis ja-
 nuarii fieri solitos, profligavit, illud inter
 alia proclare edicens: qui joculari voluerit
 cum diabolo, non poterit gaudere cum
 Christo. Cum veram fidem adversus here-
 ticos strenue defendisset, et exoricali lu-
 lyhis heresi fortiter se opponeret, sua
 vita migravit, circa annum Christi qua-
 dringentesimum quinquagesimum.
 S. Spiritu intelligentia replebit illum,
 et ipse tanquam imbres mittet eloquia
 sapientiae suae: & sapientiam eius enarra-
 bunt gentes, et laudem eius enuntiabit
 ecclesia. V. Sapiens in populo heredita-
 bit honorem, et nomen illius erit vivens
 in aeternum. & sapient. V. gloria. & sapientiam.
 Juli. 39. 57.

Missa de Doctoribus, cum Credo.

Vesp. de sequenti, commem. proced. et ferio.

Die III. Dec.

S. Francisci Xaverii Conf.

Dupl. 3. lect.

Omnia de communi Confessorum simpli-
 cum.

Oratio Pres. Rom.

Deus, qui Indiarum gentes beati Francisci
 predicatione et miraculis ecclesiae tuae adgregare
 voluisti: concede propitiis, ut cuius gloria
 veneramus, virtutum quoque imite-
 mur exempla. Per Dominum.

Lectio III.

Ex bulla canonizationis.

Franciscus in Haverio cantabrigie oppido
 natus, a piis parentibus ab infantia
 Deum timere, et ab omni peccato absti-
 nere edoctus est. Variis studiorum
 causa missus sancto ignatio socium se-
 junxit. Tum sanctioris vite genus pro-
 fiteri cepit, non jeuniis modo aliisque
 corporis afflictionibus, et pauperum
 praesertim infirmorum cura; sed et sin-
 gulari religionis propugnando studio,
 eoque in Deum fervore charitatis, et
 eius incendium in orationibus non fe-
 rens, saepius exclamaret: salus est Domine,
 salus est. His itaque virtutibus apostolico
 muneri iam maturus, a Paulo tertio
 ad Indias mittitur, ut verbum Dei ibi
 disseminaret. Indubius hic virtute ex
 aelo ministerium suum tanto cum
 fructu exsequeretur, ut gratia Dei
 efficaciter verbo eius cooperante, non
 solum depravatos christianorum mores,
 praesim toto oriente ad meliorem fru-
 gem revocaret: sed et multa centena
 millia infidelium ad agnitionem vero-
 fidei perduceret. Incredibilia sunt, quae
 propter nomen Domini Jesu fortiter
 patienterque toleravit, non enim, apo-
 stoli exemplo, animam suam pretiosio-
 rem faciebat, quam se. Dum modo con-
 summaret cursum suum, et ministerium
 verbi, quod acceperat, testificari euange-
 lium gratia Dei. Hic itaque orientalium
 Indiarum apostolus, postquam fidem
 Japonia, et sex aliis provinciis intulisset,
 tandem in vastissimo Sinarum imperio

Ad hunc evangelio pararet, in Sarciana
insula prope Sinas ad excelsam gloriam
migravit secunda decembris, a lat. anno
quadragesimo quinto, Christi vero mille-
simo quingentesimo quinquagesimo se-
cundo, a Gregorio decimo quinto sanctis ad-
numeratus.

R. Ego sum minister Christi Jesu in gen-
tibus, sanctificans Evangelium Dei: & ut
habet oblatio gentium accepta et sanctifica-
ta in spiritu sancto. & Eue dedit in
lucem gentium, ut sis salus mea usque
ad extremum terra. & ubi. & gloria. & ubi.
Rom. 15. ff. 49.

Missa propria.

Vespera de seq. comm. proced. Aferia.

Die IV. Dec.

S. Barbara V. cl.

Dupl. G. lect.

Oratio: Deus, qui inter cetera. De communi.

Lectio III.

Ex sermone S. Joannis Damasceni.

Imperante impio Maximiano: vel ut
alii volunt, Maximino: et Marciano pro-
pide, erat quis regionis propositus, Diogenes
nomine, valde dives, erga inanimata idola
ad insaniam devotus. Hic unicum suu expe-
ra, filiam, nomine Barbaram, egregia
pulchritudine formosam, et morum ho-
nestate insignem. quam obrem extruenda
turri alta in ea virginem, ne hominum
aspectibus patere & conclusit. que cum
illuc ageret, a seculi rerum tumultibus
vacans, pietate plenas cogitationes animo
excubabat: sic enim comparatum est, ut soli-
tudo sublimium et pre magnificorum

cogitatum parens est. ac quidem idolorum errorem et uelut execrabatur, veram autem Christianorum fidem confortabat et amplexabatur. Unde a patre profusi crucianda traditur: a quo blanditiis primum, deinde minis et gravissimis tormentis tentata, ut idolis sacrificaret, constanter renuit. Quare proferat sententia edicit, ut in uelut triplici certamine inclita Martyr capitali pena vitam finiat. Tum pater ingenti furore plenus, stricto gladio manu ipse sua filia cervicem absidit. Egregium plane finem certamini Martyr imposuit: quum enim in turri posita lute preces promississet, ei quoque preces coronidem ~~posuit~~ statuit. Quoniam uero vis pre-cationis fuit! Sponsam rogavit, ut memoriam ipsius celebrantibus propi-tius foret, delicta remitteret, morbos sanaret. Ille admira supplicatione, uictorum competentem ipsam fore pollicetur, suaque ipsius uoce certio rem facit, datque securitatem.

R. Ne expectauerunt peccatores, ut perderent me; & testimonia tua Domine intellexi. V. Secundum puritatem manuum mearum retribuere mihi, quia custodivi uias Domini & testim. V. gloria. & testim. ps. 118. 17.

Commemoratio ferie. Missa. Loque-bar. De communi.

Die VI. Dec.

S. Nicolai Episcopi Conf.

Dupl. maius 12. lect.

Omnia de communi Pontificum.

Oratio Paris.

Deus, qui beatum Nicolaum Pontifi-
cem innumeris decorasti miraculis:
tribue, quaesumus, ut omnes, qui eius im-
plorant auxilium, petitionum sua-
rum salutarem consequantur effectum.
Per Dominum.

Et fit commemoratio feriae.

In II. nocturno.

Lectio V.

Ex variis monumentis ecclesiasticis.

Nicolaus Myra, quae Lyciae metropolis
est, episcopus, populis omnibus veteri
et vulgato notus, ac ob miraculorum
magnitudinem Thaumaturgus adpel-
latus est. quantum honore fuerit habitus
in ecclesia graeca, vel una testatur precatio
in feriali liturgia, quo sancti Joannis Chry-
sostomi nomine inscribitur. Multa sub
eius nomine Constantinopoli erecta sunt
basilicae. Istius praesentem opem sensisse
se Theodorus, qui Myrensem eius sedem te-
nebat, coram Patribus in Nicea secunda
synodo contestatus est ad asserendam et
confirmandam, quam prius impugnaverat,
debitam sanctorum imaginibus veneratio-
nem.

Lectio VI.

Cum anno octingentesimo septimo dux
quidam Arabum Myra occupata sacram
urnam, in qua sancti Nicolai corpus
asperuabatur, confringere tentaret, et ex
errore in vicinam vim etichus inferret,
cum, ut scribit Theophanes, sanctus et Thau-
maturgus Nicolaus manifesta uelione
exagitauit: ex templo enim, inquit, immanis
ventorum procella, marinorum fluctuum

impetus, tonitruum fulguraque fulgurumque
promiscua tempestas adeo eius classem iacta-
vit, ut plerumque naues conquisitas sub-
mergerentur, ipse dei hostis sancti viri hunc
expertus, vix ac proter spem potuerit effu-
gere.

Lectio VII.

Ex eius sepulcro stillabat oleum, depellendis
variis morborum generibus salubre, quod
peniculo extractum ex urna fidelibus distri-
bui solebat in vasculis. Eorum nonnullis
in occidentem allatis cepit apud Latinos
nominis et miraculorum eius fama celebra-
ri, quam nono seculo predicant martyro-
logia usuardi et Adonis. Hunc quoque
decimo iam seculo a primis monasterii
nostri patribus in specialem Patronum fuisse
adlectum, memoris proditum habemus.

Lectio VIII.

Audta est autem imprimis sancti Con-
stis veneratio, ex quo, devastata a Turcis
Myra, corpus eius Barium in apulia al-
latum est anno salutis millesimo octo-
gesimo septimo. Hic enim extructa est
basilica, quam in honorem sancti Eli-
colai Urbanus secundus papa, post trien-
nium in apuliam veniens, dedicavit,
in eaque sacrum corpus condidit.

In III. et octavo lectiones de uno
Pontifice, cum Evangelio: Homo peregre.

Missa propria sine Credo. In vespere
fit commemoratio sequentis et ferio.

Off. Festum hoc occurrens in dominica,
celebratur die q. seq. cum commemoratio-
ne octavo et ferio: quod item de festo
sequente observandum.

Die VII. Dec.

S. Ambrosii Episcopi Doctoris.

Duplex maior 2. lect.

Omnia de communi Doctorum.

Oratio An.

Deus, qui beatum Ambrosium boni-
ficem, fidei defensorem, et apostolica
sapientia ac firmitatis exemplum in
ecclesia tua constituisti: dirige in chari-
tate tua, et confirma corda nostra; ut
et in fide inueniamur stabiles, et in
opere efficaces. Per Dominum.

In II. Nocturno.

Lectio V.

Exiit sancti per Brulirum eius diaconum
Scripta.

Ambrosius, patre Ambrosio galliarum
prefecto in galliis natus, liberalibus
disciplinis homo exaltatus, primo summa
cum laude causas dixit. Postea Liguria et
Aemilia propositus, venit mediola-
num, ubi catholici et heretici de epis-
copo deligendo inter se disidebant. Ingressus
igitur ecclesiam Ambrosius quum ad se-
dandam seditionem multa preclare dixisset,
de repente puero Ambrosium episcopum
proclamante, universi populi vox
erupit, Ambrosium episcopum deposcentis.

Lectio VI.

Recusante illo, et tantum onus variis
artibus atque etiam fuga declinante,
ardens populi studium ad Valentinia-
num seniore[m] Imperatorem delatum
est; cui gratissimum fuit, a se delectos ju-
venes ad sacerdotium postulari. Probo quoque
reposito adjuvandum fuit, qui Ambrosio

proficiscenti quasi uaticinans dixerat: vade, age non ut iudex, sed ut episcopus. Itaque ab episcopo catholico baptizari uoluit: erat enim tantum catechumenus: et susceptis intra septem dies omnibus ordinibus, octavo die, qui fuit septimus Decembris, episcopus consecratus est. Tum prœdia sua, usufructu Marcellinae sorori reservato, deuit ealepho, cœtera inter eulephiam et pauperes partitus.

Lectio VII.

Facilis erat omnibus ad eum aditus, diligantium causas summa patientia et equitate dirimebat. quoties illi aliquis ob percipiendam poenitentiam lapsus suos confessus epet, ita flebat, ut et illum flere compelleret. Convivia, que ad Martyrum sepulera fiebant, abrogavit. Plurimos Arianos aliosque hereticos conuertit ad fidem, et clarissimum in primis eulephi lumen Augustinum Christo peperit. Nulla pater est a Justina Valentiniani junioris matre, quam Arianis seduxerant, eique fortiter obstulit, ne ulla ius basilica Mediolani traderetur. Ea occasione institutum est, ut antiphona, et psalmi et hymni iuxta morem Orientalium canerentur; ne pia plebs excubans in eulephi, et cum suo Episcopo mori parata, moeroris tedio contabesceret. Tum etiam Ambrosio iuuenitus indicatum est, quo loco Martyrum Gervasii et Protasii corpora delitescerent.

Lectio VIII.

Apud Valentinianum juniorem egit, ne

Symacho urbis prefecto aram victoria
 instaurandi facere potestatem. Theodo-
 lium Imperatorem propter eadem Thepalo-
 nice factam in grege ecclesie prohibuit.
 Cui ostendenti, David quoque regem aduul-
 tum et homicidam fuisse, respondit am-
 brosius: qui secutus es errantem sequere
 penitentem. Quare Theodosius inposi-
 tam sibi ab eo publicam penitentiam hu-
 militer egit. Maximis pro ecclesia labo-
 ribus curisque perfunctus, multis etiam
 libris egregie conscriptis morbo correptus
 est; recepta ab Honorato Vercellensis
 episcopo Domini corporis communionem,
 Spiritum Deo reddidit, anno Christi recen-
 tesimo nonagesimo septimo, quarto die
 aprilis in pervigilio Pasche, episcopatus
 autem vigesimo tertio.

In III. nocturno lectiones de communi
 Doctorum. Evangelium: Vos estis sal terre.
 Missa propria cum Credo, et commemora-
 tione ferie. Vespero de sequenti festo,
 commemoratio precedentis et ferie.

Die VIII. Dec.

In festo Conceptionis S. Mariæ V.

Festivitas II. clavis. 12. lect.

Ad I. Vesperas. antiphona.

1. A muliere initium factum est peua-
 ti. & a perillam omnes morimur. Euli. 28.
2. Tulit mulier de fructu ligni et come-
 dit. & deditque viro suo, qui comedit. gen. 3.
3. Dixit Adam: mulier, quam dedisti mihi
 sociam, dedit mihi de ligno, & comedi. ib.
4. Dixit Dominus ad mulierem: quare hoc
 fecisti? & quo respondit: serpens decipit me. ib.

Lectio genes. 3.

Ait Dominus Deus ad serpentem: inimicitias
ponam inter te et mulierem, et seminem tuum,
et semen illius: ipsa conteret caput tuum.

R. br. Persequar inimicos meos, & et compre-
hendam illos. Rep.

V. Confingam illos: cedeat subtus pedes meos.
& et compreh. V. gloria. Rep. R.

Hymnus. C. Paris.

1. Debitam morti sobolem creavit
Eva pueratrix: & nova destinatur,
Quo sacro partu scelus atque mortem
Destruat, Eva.

2. Vicit serpentis fuit illa fraude,
Intimis virus recipit medullis: &
Vulnus hec sanat, tumidique colla
Conterit anquis.

3. Quo dolus cepit! Domita parente
Totius sperat sobolis ruinam: &
Omnibus reddet soboles parentis
Una salutem.

4. Sic lucro cedunt, Domino volente,
Damna: & dum grata vice per Mariam
Delet antiquam nova vita mortem,
Gratia culpam.

5. Dixeris mater quoque nostra, virgo!
Te proba nostram pia virgo matrem: &
Efficax blandis precibus severum
Flectere cœsum.

6. Laus sit æterna sua Trinitati,
Quo laborantem miserata mundum, &
Proximos Christi, proeunte matre,
Cunctis ortus. amen.

V. Deus ante secula operatus est salutem:

R. Tu confregisti capita draconis. Ps. 74.

Adollagnis. ant. Benedixit te Dominus in
virtute sua: & quia per te ad nihilum redegit
inimicos nostros. Judith 13.

Oratio Sacr. Greg.

Tamulis tuis, quo sumus Domine, caelestis
 gratia munus imperare: ut, quibus beata
 virginis partus exstitit salutis exordium,
 Conceptionis eius soliva solemnitas pacis
 tribuat incrementum. Per Dominum.
Fil commemoralio precedentis et ferio.

Clausula hymnorum per octavam.

Jesu tibi fil gloria,

Qui natus es de virgine: &

Cum Patre cumque spiritu,

In sempiterna secula. Amen.

Ad vigilias nocturnas.

Inuitat. Sanctificantem tabernaculum
 suum accipimus & venite adoremus. Ps. 45.

Hymnus. Carol.

1. Laetis terra sonet plausibus, huic Dei
 Mater virgo datur: & munere quo nova
 se rerum facies protensus exerit;
 Mundo pax redit aurea.

2. Hoc est illa domus, qua deus advena
 In terris habitat, digna Deo domus: &
 Templum grande, sibi quod propria manu
 Summus condidit artifex.

3. Aureis arca vetus fulserit undique
 Scintillans radius; hoc vacuas decens
 Umbras: & interior thronus ipsius
 Arcam nobilitas decet.

4. Non huius manna calet, legifer aut lapis,
 Non ramus sterilis: flos virget huius ferax
 Aitulum: & sacer huius patris homo deus,
 Huius legis refidet dator.

5. Sit laus summa Patri, summaque Filio,
 Amborum sit idem spiritui decus: &
 Arcanis habilem qui thalamum modis
 Christo preparat hospitii. Amen.

In I. nocturno. antiphona.

1. In charitate perpetua dilexite: & ideo edificabote, et edificaberis virgo. Jer. 51.
 2. Fundabo te in sapphiris; & et in iustitia fundaberis. Isa. 54.
 3. Ponam te in superbia seculorum: & germen plantationis meae, opus manus meae ad glorificandum. Isa. 60.
 4. Sanctificabo tabernaculum testimonii: & habitabo in medio filiorum Israel. Exod. 29.
 5. Civitas Dei luce splendida fulgebis: & et omnes fines terre adorabunt in te Dominum. Job. 13.
 6. In domo hac, quam elegi, & ponam nomen meum in semper aeternum. 2. Cor. 5.
- V. Hoc requies mea:
 R. Hic habitabo, quoniam elegi eam. ps. 131.
- Lectiones quatuor cum suis R. R. de feria currente.

In II. nocturno. antiphona.

1. Venite, audite, et narrabo, & quanta fecit Deus animo meo. Ps. 63.
 2. Non permisit me Dominus ancillam suam coinquinari: & ab omni pollutione peccati custodivit me. Judith. 13.
 3. Dirigit me in vulnera capitis & principis inimicorum nostrorum. ib.
 4. Et hoc memoriale nominis tui Domine; & cum manus femine deiecerit eum. ib. 9.
 5. Sicut liliū inter spinas: & sic amica mea inter filias. cant. 2.
 6. Gloria eius ab utero et a conceptu: & fundata in pulcritudine. ose. 9.
- V. Fluminis impetus laetificat civitatem Dei:
 R. Sanctificavit tabernaculum suum altissimus. Ps. 45.

Lectio V.

Sermo sancti Bernardi abbatis.

hom. 2. super ihsus.

Deus matrem suam singulari in caelestibus
donaturus gloria, singulari in terris prove-
nire curavit et gratia, qua videlicet ineffa-
biliter et intacta conciperet, et pareret in-
corrupta. Porro Deo huiusmodi decebat na-
scitas, qua non nisi de virgine nasceretur.
talis congruebat et virgini partus, ut non
pareret nisi Deum. Proinde factor hominum,
ut homo fieret, nasciturus de homine, statim
sibi ex omnibus debuit deligere, immo condere
matrem, qualem esse Deo sciebat, et sibi
noverat placituram.

R. Hoc requies mea in seculum seculi. *
hic habitabo, quoniam elegi eam. V. Quam
domum edificabitis mihi, dicit Dominus;
aut quis locus requiescionis mee? * hic.
Ps. 131. act. 7.

Lectio VI.

Voluit itaque esse virginem, de qua im-
maculata immaculatus procederet, omni-
um maculas purgaturus: voluit et humilem,
de qua mitis et humilis corde prodiret, harum
in se virtutum necessarium omnibus salu-
terimumque exemplum ostensurus.
Dedit ergo virgini partum, qui eiam ante
et virginitalis inspiraverat votum, et hu-
militatis prerogaverat meritum. alioquin
quomodo angelus eam gratia plenam pro-
nuntiavit, si quid primum vel parum boni,
quod ex gratia non esset habebat?

R. Cogitavi, ut edificarem domum, in
qua requiesceret arca foederis Domini: *
opus namque grande est; neque enim
homini preparatur habitatio, sed Deo. V.

Sapientia edificavit sibi domum; exadit
columnas septem. & opus .j. baral. 28. 29.
Prov. 9.

Lectio VII.

Hic nimirum Virgo regia gemmis ornata
virtutum, geminoque mentis pariter
et corporis decore profulgida, specie sua
et pulchritudine sua in caelestibus cognita,
coeli civium in se provocavit appetus,
ita, ut regis animum in sui concupiscen-
tiam inclinaret, et caelestem nuntium
ad se de supernis educeret. quanta dignatio
Dei, quanta virginis excellentia!

Ps. Omnis gloria eius filio regis abintus, &
in simbriis aureis, circumamicta varie-
tatis. V. Tota pulchra es amica mea,
et macula non est in te. & in simbriis.
Ps. 44. cant. 4.

Lectio VIII.

Letare pater adam, sed magister tua Eva
mater exulta, qui sicubi omnium paren-
tes, ita omnium fuistis peremtores; et
quod infelicius est, prius peremtores quam
parentes. Ambo, inquam, consolamini
super filia, et tali filia; sed illa amplius,
de qua malum ortum est prius, cuius
opprobrium in omnes pertransit mu-
lieres: instat namque tempus, quo jam
tollatur opprobrium. O admirandam et
omni honore dignissimam virginem! O
feminam singulariter venerandam super
omnes feminas admirabilem, parentum
reparatricem, posterorum vivificatricem:
nec noviter nec fortuito inventam, sed
a seculo electam, ab aeternissimo recogni-
tam et sibi preparatam, ab angelis serwa-
tam, a Patribus prosignatam, a Prophetis
promissam.

R. Deus noster adimplevit misericordiam
tuam, quam promisit domui Israel: & etiam
interfecit in manu mea hostem populi sui.
V. Suscepit Deus Israel puerum suum, & reor-
datus misericordie sue. & etiam gloria & interfectio
Judith h. s. Luc. j.

In III. Nocturno.

Ant. Exaltate et invocate nomen eius: &
Dominus conterens bellum, Dominus nomen
effudit. Judith h. s.

Canticum I. Judic. 5.

Studite reges, auribus percipite principes: &
ego sum, ego sum, que Domino canam, psal-
lam Domino Deo Israel.

Domine, cum exires de Scir, et transires per
regiones Edom, & terra mota est, & cælique ac
nubes distillaverunt aquis.

Montes fluxerunt a facie Domini: & etiam Sisir
a facie Dei Israel.

Quiesceverunt fortes in Israel, & quiesceverunt, &
donec surgeret mater in Israel.

Novum bella elegit Dominus, & etiam portas hosti-
um ipse subvertit.

Salvati sunt reliquie populi: & Dominus in
fortibus dimicavit.

Canticum II. Judith h. s.

Incipite Domino in tympanis, & cantate Do-
mino in cymbalis:

Modula mini psalmum novum, & exaltate
et invocate nomen eius.

Dominus conterens bella, & Dominus nomen
effudit.

Qui posuit castra sua in medio populi sui, &
ut eriperet nos de manu inimicorum
nostrorum.

Venit a parva ex montibus ab aquilone, & etiam
multitudine fortitudinis sue.

Dixit se incensurum fines meos, & iu-
venes meos occisurum.

Dominus autem omnipotens nocuit eum, &
tradidit in manu femine, et conso-
lileum.

Canticum III. ibid.

Hymnum cantemus Domino: & hym-
num novum cantemus Deo nostro.

Veni Domine magnus es tu, et procla-
rus in virtute tua: & et quem supera-
re nemo potest.

Tibi serviat omnis creatura tua: & quia
dixisti, et facta sunt.

Misisti spiritum tuum, et creata sunt: &
et non est, qui resistat voci tue.

Montes a fundamentis movebuntur cum
aquis: & petrae sicut cera liquecent
ante faciem tuam.

Qui autem timent te, & magni erunt
apud te per omnia.

Vo genti insurgenti super genus meum: &
Dominus enim omnipotens vindi-
cabit in eis, in die iudicii visitabit
illos.

Calid enim ignem, et vermes in carnes
eorum, & uterantur et sentiant usque
in sempiternum.

Ant. Exaltate et invocate nomen eius, &
Dominus conterens bellum, Dominus
nomen est illi.

R. Proceperisti me Domine virtute ad
bellum:

R. Et supplantasti insurgentes in me
subtus me. Ps. 114.

Lectio IX.

De epistola beati Pauli apostoli
ad Romanos. cap. 5.

Commendat charitatem suam Deus in

vobis, quoniam cum adhuc peccatores essemus, secundum tempus Christus pro nobis mortuus est: multo igitur magis nunc iustificati in sanguine ipsius, salvi erimus vitia per ipsum. Sic enim cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem filii eius: multo magis reconciliati salvi erimus in vita ipsius.

¶ Procepit Dominus Adam dicens: De ligno scientiae boni et mali ne comedas: & in quocumque die comederis ex eo, morte morieris. & Voli metuere, non morieris: non enim pro te, sed pro omnibus haec lex constituta est. & in quoc. gen. 2. & Ezech. 18.

Lectio X.

Gloriamur in Deo per Dominum nostrum Iesum Christum, per quem nunc reconciliationem accipimus. Propterea sicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, et per peccatum mors, et ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccaverunt: usque ad legem enim peccatum erat in mundo; peccatum autem non imputabatur, cum lex non esset. Sed regnavit mors ab Adam usque ad Moysen etiam in eos, qui non peccaverunt in similitudinem provaricationis Adae, qui est forma futuri.

¶ Omnes peccaverunt et egent gloria Dei, iustificati gratis per gratiam ipsius, & per redemptionem, quo est in Christo Iesu. & Brevius quam te formarem in utero, novi te; et antequam exires de vulva, sanctificavi te. & per redempt. Rom. 5. Jer. 1.

Lectio XI.

Sed non sicut delictum, ita et donum, si enim unius delicto multi mortui sunt, multo magis gratia Dei et donum in gratia

unius hominis Jesu Christi in plures abundavit.
Et non sicut per unum peccatum, ita et donum:
nam iudicium quidem ex uno in condemna-
tionem, gratia autem ex multis delictis in
justificationem. Si enim unius delicto mors
regnavit per unum, multo magis abundantiam
gratiae et donationis et justitiae accipientes,
in vita regnabunt per unum Jesum Christum.

R. Dilixit eam, ut illam sanctificaret, et
exhiberet ipse sibi gloriosam & non habentem
maculam aut rugam sed ut sit sancta et im-
maculata. *V.* Elegit eam Dominus in ha-
bitationem sibi. & non. *Eph. 5. 27. 28.*

Lectio XII.

igitur sicut per unius delictum in omnes
homines in condemnationem fiet per
unius justitiam in omnes homines in justifi-
cationem vitae. Sicut per ⁱⁿobedientiam
unius hominis peccatores constituti sunt
multi, ita et per unius obedientiam iusti
constituentur multi. Lex autem subin-
travit, ut abundaret delictum: ubi autem
abundavit delictum, superabundavit et
gratia: ut sicut regnavit peccatum in mortem,
ita et gratia regnet per justitiam in vitam
aeternam, per Jesum Christum Dominum
nostrum.

R. Eue tabernaculum Dei cum hominibus,
et habitabit cum eis: ipsi populus eius erunt,
& ipse Deus cum eis erit eorum Deus.
V. Eue virgo in utero habebit et pariet
filium: et vocabunt nomen eius Emmanuel.
& ipse Deus. *V.* Gloria. & ipse. *apoc. 21. Matth. 1.*

Initium sancti Evangelii

secundum Matthaeum. cap. 1.

Liber generationis Jesu Christi filii David,
filii Abraham. Abraham genuit Isaac:
Isaac autem Jacob: Jacob autem genuit

iudam et fratres eius. Judas autem genuit Othares et Zamar de Thamar. Othares autem genuit Efron: Efron autem genuit aram: aram autem genuit aminadab. aminadab autem genuit eliafon: eliafon autem genuit salmon: salmon autem genuit Booz de Rahab. Booz autem genuit obed ex Ruth: obed autem genuit Jesse: Jesse autem genuit David regem. David autem rex, genuit Salomonem ex ea qua fuit Uria. Salomon autem genuit Roboam: Roboam autem genuit Abiam: Abias autem genuit Afa: Afa autem genuit Josaphat. Josaphat autem genuit Joram: Joram autem genuit Oziam: Ozias autem genuit Joathan: Joathan autem genuit Achaz: Achaz autem genuit Ezechiam. Ezechias autem genuit Manafes: Manafes autem genuit Amon: Amon autem genuit Josiam: Josias autem genuit Jechoniam, et fratres eius in transmigratione Babylonis. Et post transmigrationem Babylonis Jechonias genuit Salathiel: Salathiel autem genuit Zorobabel: Zorobabel autem genuit Abiud: Abiud autem genuit Eliacin. Eliacin autem genuit Azor: Azor autem genuit Sadoc. Sadoc autem genuit Achim: Achim autem genuit Eliud: Eliud autem genuit Eleazar. Eleazar autem genuit Nathan: Nathan autem genuit Jacob. Jacob autem genuit Joseph virum Marie: de qua natus est Jesus, qui vocatur Christus.

Ad laudes matutinas et horas. antiphona.

1. Orietur stella ex Jacob: * et confurget virgo de Israel. Num. 24.
2. Sicut lux aurora oriente sole, * mane absque nubibus rutilat. 2. Reg. 23.
3. Lux et sol ortus est, * et humiles exaltavit. Esth. 11.

4. Tota pulchra es amica mea; & et macula non est in te. cant. 4.

5. ad laud. Sicut sol oriens mundo in altissimis
 Das: & sic mulieris bono species in orna-
 mentum domus eius. Eccl. 26.

Lectio cant. 6.

Quo est ista, quae progreditur quasi aurora
 confurgens, pulchra ut luna, celebrat sol!

R. br. Confessio et pulchritudo & in conspectu
 eius. Rep.

V. Sanctimonia et magnificentia in sancti-
 ficatione eius. & in consp. V. gloria. Rep. G. 93.

Hymnus sanctolii.

1. Aurora, quae solem paris,
 Et ipsa solis filia: &
 Quam splendidum cum nasceris,
 Affers diem mortalibus.

2. Te luce sol vestit sua,
 Tibique luna sternitur: &
 Aptata sacro vertici
 Nectunt coronam sidera.

3. Te mille virtutum chori,
 Te turba cingit caelorum: &
 Ambient suo te numine,
 Qui te facit matrem Deus.

4. Uti potens exercitus,
 Tu virgo terror hostium: &
 Te si obumbratam Deo
 Cavent, tremuntque tartara.

5. Qui tace nos misecerat,
 Serpentis elidis caput: &
 Attilus aeterno jacet
 Non jam timendus vulnere.

6. Tae virgo, quem scimus Deum
 Venisse terris hospitem, &
 Per te manens nobis adhuc
 Noster sis hospes pectoris.

Sit laus Patri, laus Filio,
 Pat laus tibi fili spiritus: &
 Per quem Patri se Filius
 Infundit alio virginis. amen.

V. In sole posuit tabernaculum suum.

R. Et ipse tamquam sponsus procedens de
 thalamo suo. Ps. 18.

Ad Bened. ant. In me ancilla tua adimplevit
 Dominus Deus noster misericordiam suam: &
 quam promisit Domini Israel. Judith. 13.

Oratio ex I. Vesp.

Et sit commemoratio ferio.

Ad Tertiam. lectio Sap. 7.

Est haec speciosior sole, et super omnem dispo-
 sitionem stellarum, luci comparata mune-
 ritur prior.

V. Thronus Domini sicut sol:

R. Et sicut luna perfecta in aeternum. Ps. 88.

Ad Sextam. lectio Judic. 5.

Audite reges, auribus percipite principes:
 cessaverunt fortes in Israel et quieverunt,
 donec furgeret mater in Israel.

V. Veritas de terra orta est,

R. Et iustitia de caelo propperit. Ps. 84.

Ad Nonam. lectio Baruch 5.

In due te decore et honore eius, quo a Deo tibi
 est, sempiterno glorio: circumdabit te Deus
 in plouide iustitiae.

V. Deus propeinxit me virtute:

R. Et posuit immaculatam viam meam. Ps. 119.

Ad II. Vesperas.

antiphona ut ad horas.

Lectio ps. 61.

Gaudens gaudebo in Domino, et exultabit
anima mea in Deo meo: quia induit me
vestimentis salutis, et indumento iustitiae
circumdedit me.

R. br. ex matutinis. hymnus:

Delitam morti. ex I. vesp.

V. Omnis gloria eius filia regis ab intus:

R. In fimbriis aureis circumamicta va-
rietalibus. Ps. 44.

Ad Magnif. ant. Una est columba mea
perfecta mea: & viderunt eam filii, et
beatissimam predicaverunt. Cant. 6.

Et fil. commemoratio ferie.

OP. Si hoc festum evenerit in Dominica,
celebratur die sequente, et vespere de festo,
cum commemoratione Dominico.

Infra hanc octavam dicitur Invit. et
hymnus ac V. de festo, lectiones duo prio-
res cum R. P. suis de feria currente, tertia
ut infra singulis diebus propria: ad ma-
tutinas et horas omnia ut in festo. Si

Dominica infra hanc octavam vel in die
octava occurrat, officium fit de Dominica
cum commemoratione octavo. quod item
fit, si occurrat feria quarta IV. temporum
die 14. Die vero octava in dictam feriam
incidente, fit de ea, cum commemoratione
ferie.

Die IX. Dec. De octava.

Simple. 3. lect.

Invit. et hymnus de festo. V. de eodem,
nempe fer. 2. et 3. ex I. oct. fer. 5. et 6.
ex II. oct. fer. 4. et Sabb. ex III. oct.
Antiphona nocturnorum de psalterio.

Lectio III.

Sermo sancti Epiphanii Episcopi.
l. 3. her. 78. n. 18.

J. I. p. 1050.

ra generi hominum causam mortis, attulit,
 rer quam mors est in orbem terrarum invec-
 ta. Maria vita causam protulit, per quam vita
 est nobis ipsa produlta. Quod Filius Dei in hunc
 mundum advenit, et ubi abundavit delictum,
 superabundavit gratia. Unde mors accidit,
 ita illuc accepit, ut in mortis locum vita
 succederet, et illatam a muliere mortem
 ille ipse, qui e muliere, vita ut sepe nostra,
 natus erat excluderet. Quoniam vero quum
 adhuc virgo in hortis Eva degeret, per contu-
 maciam apud Deum offenderat, ideo gratia
 propria ab virgine manavit obedientia,
 postquam circumfusi corpore Verbi, sempi-
 ternoque vita de caelo est nuntiatus adventus.
 Nam illi ita serpentem Deus alloquitur: inimi-
 citiam ponam inter te et inter illam, inter
 semen tuum et semen illius. Atqui nusquam
 eius modi semen mulieris inveniri potest.
 Unde non aliter, quam per adumbrationem
 ac similitudinem ad Evam hostiles ille inimi-
 citias referuntur, quas cum huius stirpe pe-
 pensit ille, et qui in serpente inerat, invidia
 flagrans diabolus exercet.

R. Qui Dominus ad serpentem: inimicitias
 ponam inter te et mulierem, et semen tuum,
 et semen illius: & ipsa conteret caput tuum.
 V. Domine erit hoc memoriale nomen tui,
 cum manus femine deiecerit eum. & ipsa.
 R. gloria. & ipsa. Gen. 3. Judith. g.

In II. Nocturno.

Lectio Sophon. 3.

Lauda filia Sion, iubilans Jerusalem, latere et
 exulta in omni corde filia Jerusalem: abstulit
 Dominus iudicium tuum, averbit inimicos
 tuos: rex Israel Dominus in medio tui, non
 timebis malum ultra.

V. Admirabilis cum Deus mane diluulo:
 R. Deus in medio eius, non commovebitur. Ps. 46.

Oratio Cath.

Concede, misericors Deus, fragilitati nostrae
 presidium: ut qui sancto dei genitricis
 conceptionem celebramus, interceptionis
 eius auxilio a nostris iniquitatibus re-
 surgamus. Per eundem Dominum.

Et dicitur semper infra octavam ad horas.

Ad matutinas et horas ut in festo.

Et fit commemoratio ferie.

Die X. Dec. De octava.

Simple. S. lect.

Lectio III.

De sermone sancti Epiphanius episcopi.

C. c. n. 19.

Bene quidem ac perfecte accommodari
 ad eam universa nequeunt, sed in sanctis-
 sima, eximia ac singulari stirpe, quo ab
 sola virgine Maria sine ulla viri confu-
 sione propagata est, re ipsa ac penitus
 impletur. At enim illius Filius ad extin-
 guendam serpentis ac tortuosi colubini fu-
 gacisque vim ac potentiam, qui se totum
 orbem terrarum dominatu succompre-
 hendere jactabat, ad hoc infima descendit.

Propterea unicus e muliere dei Filius pro-
 cepit, ut serpentem, hoc est, impiam doctrinam
 corruptelam ac fraudem et errorem ac
 pravitatem everteret.

R. Deus noster adimplevit misericordiam
 suam, quam promisit domui Israel: *
 et interfecit in manu mea hostem populi
 sui. V. Manifestata est autem nunc per
 illuminationem saluatoris nostri Iesu
 christi, qui destruxit quidem mortem. *
 et interf. V. gloria. * interfecit. quidam. ps.

2. Tim. 1.

Fil commemoratio ferie.

In vesperis fil commemoratio ferie et S. Damasi Papae de communi.

Oratio.

Exaudi Domine preces nostras: et interueniente beato Damaso confessore tuo atque Pontifice; indulgentiam tribue placatus et pacem. Per Dominum.

Die XI. Dec. De Octava.

Simpl. B. lect.

Lectio III.

Sermo sancti Bernardi abbatis.

Serm. 52. de diu.

Sapientia, quae Dei erat et Deus erat, de sinu matris ad nos ueniens, edificauit sibi domum, ipsam scilicet matrem suam uirginem Mariam: in qua septem columnas excidit. Quid est in ea septem columnas excidere, nisi ipsam dignum sibi habitaculum fide et operibus preparare? Vimirum ternarius numerus ad fidem propter sanctam Trinitatem, quaternarius pertinet ad mores propter quatuor principales uirtutes. His igitur quatuor morum columnis, et tribus fidei prouerbis exstruxit in ea sibi domum sapientia caelestis; quae adeo mentem eius repleuit, ut de plenitudine mentis fecundaretur et caro, ac uirgo singulari gratia eandem ipsam sapientiam carne secundam pareret, quam prius mente pura conceperat.

¶ Cogitavi, ut edificarem domum, in qua requiesceret arca foederis Domini: * opus namque grande est; neque enim homini preparatur habitatio, sed Deo. v. Sapientia edificauit sibi domum; excidit columnas septem. * opus. v. gloria. * opus. j. Paral. 28. 29. Prov. 9.

Et fil commemoratio ferie, et S. Damasi Papae.

De S. Damaso

Lectio III. de Paris.

Damasus post Liberium Romanus pontifex, testante sancto Ambrosio, manifeste Dei iudicio electus, et tandem confirmatus est, deiecto in synodo Romana Ursicino, qui quorundam factione pseudopiscopus ordinatus fuerat. Huius in irritum nihil ariminensem conventum, in quo Valentis potissimum et Ursacii perfidia Catholicis fraus structa fuerat, delectamque in synodo Apollinaris heresim primus anathemate percussit. A Patribus in concilio secundo oecumenico constantinopoli congregatis litteras accepit, cuius etiam profide declarata habuit. Priscillianistas in synodo CesarAugustana solemniter proscripsit, quum purgandae fidei suae specie Romam ad ipsum venissent, ne ad conspectum quidem admittere voluit. Sanctum Hieronymum ad se auersit, ut eo in conscribendis epistolis, et reppositionibus synodalibus uteretur. Tandem annis octodecim in pontificatu exactis Theodosio imperante decepsit, et via ardeatina sepultus est, cum versu et soluta oratione multa scripsisset.

R. Excelsum fecit eum Dominus, et dedit illi sacerdotium gentis: et induit eum stolam glorie, et coronavit eum in vas virtutis.
V. Corona aurea super mitram eius, ex presaga signo sanctitatis, et gloria honoris. et induit.
R. gloria. et induit. Euli. 48.

In vesperis commemoratio ferie.

Die XII. Dec. De octava.

Simple. S. lect.

Lectio III.

Sermo sancti Augustini Episcopi.

Serm. 51. de concord. Math. et Luc.

Dominus noster Jesus Christus nascendo de femina; hoc nobis ostendit, ut scilicet in nullo sexu de se desperaret humana creatura. Ut ille ergo vir sexum proeligere virilem, et natus ex femina sexum consolari femineum, tamquam alloquens et dicens: ut noveritis, quod non Dei creatura mala est, sed voluptas prava pervertit eam; in principio quum feci hominem, masculum et feminam feci. Eue natus sum vir, eue natus ex femina. Non ergo creaturam damno, quam feci, sed peccata, que non feci. Uterque sexus videat honorem suum, et uterque confiteatur iniquitatem suam, et uterque speret salutem. Deiciendo homini propinatum est venenum per feminam; reparando homini propinetur salus per feminam. Compenset femina decepti per se hominis peccatum, generando Christum.

¶ Convertam luctum eorum in gaudium, et consolabor eos, et letificabo a dolore suo: quia ¶ creavit Dominus novum super terram, femina circumdabit virum. ¶ Misit Deus filium suum, factum ex muliere. ¶ creavit. B. gloria. ¶ quia. Jer. 5. Galat. 4.

Commemoratio ferie.

Aspero de sequenti, commemoratio octave, et ferie, ac S. Ottilie V.

Die XIII. Dec.

S. Lucie Virg. et Mart.

Dupl. 5. lect.

Omnia de communi unius virginis Mart. proter sequentia.

Oratio cum.

Deus, cordium pudicorum habitator et custos, qui beatam Luciam virginem et Martirem

tuam ab omni pollutione mentis et corporis
immunem servasti: ure, quo sumus, igne
Spiritus sancti renes nostros, et cor nostrum;
ut tibi casto corpore serviamus, et mundo
corde placeamus. Per Dominum.

Pro S. Ottilia ant. et v. de una virgine non
Martyre. Oratio. Saur. Greg.

Deus qui annua sancto Ottilie virginis
solemnitate letificas: concede propitius;
ut eius adjuvemur meritis, cuius castitatis
irradiamur exemplis. Per Dominum.

Lectio III.

Ex libro Sancti Aedelmi Episcopi de
laudibus sancte virginitatis. cap. 25.

Sicut Catanense municipium pro ceteris
Trinacris urbibus Agatha martyrio feli-
citer coronatur: Ita famosissimo vinculo
Lucio prerogativa Syracuse, oppidum
Sicilie, prosperis successibus sublimatur.
quo genitricem proluxa valetudine fatiga-
tam, et meritis Agathe a rivo cruoris cura-
tam, quum aeternatim confabularentur,
huiusmodi precibus interpellans: per
ipsam inquit, te deprecor, quo te servavit, ne
tu mihi prorsum nomines, nec de mea po-
steritate fructum immortalitatis inqui-
ras; sed omnia, quo mihi eunti ad corruptio-
nis meo auctorem hominem moriturum
eras datura, da mihi eunti ad integritatis
meo auctorem Dominum nostrum Iesum
Christum. Matre igitur consentiente fil-
rerum repentina distractio: ac dum carnale
dissipatur patrimonium, spirituale exer-
cetur matrimonium. Verum pro huiusmodi
negotio prorsus iracundie facibus inflam-
matur. Paphagius consul tribunitia

Aestate felix facti angore afficitur, eo quod
 christi vincula nec sermonum severitate casti-
 gata, nec lenonum fallaci lenocinio tradita,
 arigido virginitatis proposito penitus
 intellecti valuit. quamvis aestibus constructum,
 ad detestabile prostibulum et inuisum lupanar
 lectorum trudere niterentur sanctam, sed
 ab omni magorum machina illosum, et
 aruspicum superstitione incontaminatam Chri-
 sti tutela protexit. Postremo furibundus
 consul flamminius a pandam torribus
 tradidit, ita ut atro picis et resina fomentum
 cum scintillante oleo rogorum incendia
 cumularent. Sed hoc divino potestatis
 miribus sopita dilocitius tabuerunt. Agi-
 tur beata Lucia, saluo pudoris signaculo, et
 consummato vite curriculo, gloriosum mar-
 tyrii triumphum meruit; cum mucrone
 confosa maluit purpureum sanguinem
 fundere, quam pretiosam pudicitiam perdere.

R. Vivit Dominus, quoniam custodivit me
 angelus eius, * et non permisit me Dominus
 ancillam suam coquinari. V. Invocavi Domi-
 num patrem Domini mei, ut non derelinquat
 me sine adiutorio. * et non. V. gloria. R.
 non permisit. Judith 13. Euli. 51.

In matutinis et Missa sit commemoratio
 octavo, feria, et S. Officium V.

In vespertinis sit commemoratio octavo et feria.

Die XIV. Dec. Deoctava.

Simpl. S. lect.

Lectio III.

Ex libro sancti Gerenci adversus haereses.

l. 5. c. 19.

In sua propria veniente domino, et sua pro-
 pria cum bailante conditione, que baila-
 tur ab ipso, et recapitulationem eius, que
 in ligno fuit inobediencie, per eam quo in
 ligno est obediencie, faciente, et seductione

illa saluta, qua seducta est, male illa, quo jam
 virgo viro distincta erat, virgo Eva, per ve-
 ralem evangelizata est bene ab angelo
 iam sub viro virgo Maria. quemadmo-
 dum enim illa per angeli sermonem
 seducta est, ut effugeret Deum pro varica-
 ta verbum eius; Ita et hoc per angelicum
 sermonem evangelizata est, ut portaret
 Deum obediens eius verbo. et si ea inobe-
 dierat Deo, sed hoc facta est obedire Deo,
 uti virginis Eva virgo Maria fieret advo-
 cata. Et quemadmodum ad strictum
 est morti genus humanum per virgi-
 nem, salvatur per ~~virginem~~ virginem, equa-
 lance disposita virginalis inobedientia
 per virginalem obedientiam.

R. Sicut per inobedientiam unius ho-
 minis peccatores constituti sunt multi: ✠
 Ita et per unius obedientiam iusti con-
 stituentur multi. V. Beata, quo cre-
didisti; quoniam perficientur ea, quo
dita sunt tibi a Domino. ✠ per unius.
V. Gloria. ✠ per. Rom. 5. Luc. 1.

Et sit commemoratio feris.

Vespero Dupl. ex I. Vesperis festi.

Oratio Sac. Greg.

Supplicationem servorum tuorum Deus
 miserator exaudi: ut qui in conceptione
 Dei Genitricis et virginis congregamur;
 eius intercessionibus a te de instantibus
 periculis eruamur. Pereundem.

Et dicitur ad omnes horas.

Et sit commemoratio feris.

Die XV. Dec.

Octava Conceptionis B. M. V.

Dupl. 6. lect.

Lectio III.

Ex libro Sancti Fulgentii episcopi de
fide ad Petrum. c. 2.

Deus factus est filius virginis Mariae, et Maria
virgo facta est mater unigeniti Dei, ut quem
Pater genuit ex eternitate, ipsum virgo con-
ceptum proferret in tempore: illa utique virgo,
quam Deus, qui de ea fuerat nasciturus, ita
singulari gratia prorexit atque replevit, ut
ipsum haberet ventris sui fructum, quem ex
initio habuit universitas Dominum: et ipsum
sibi videret nascendi solennitate subditum,
quem in unitate paterno substantia non solum
humana, sed etiam angelica natura cognoscit
et adorat ac ipsum.

¶ Dilexit eam, ut illam sanctificaret, exhi-
beret ipse sibi gloriosam, & non habentem ma-
culam aut rugam, sed et ut sit sancta et imma-
culata. V. Elegit eam Dominus in habitatio-
nem sibi. & non hab. V. gloria. ¶ ut sit. Eph. 5.
¶ 13j.

Et filii commemoratio feria.

In vespere filii commemoratio sequentis et feria.

Die XVI. Dec.

S. Eusebii Ep. Mart.

semid. 5. lect.

De communi unius Martyris Pontificis.

Oratio cum.

Deus, pro cuius nomine beatus Eusebius confes-
sus est Pontifex, magnum certamen passio-
num invicta fide sustinuit: da nobis eiusdem
imitatione fidei magis eligere affligi cum
populo tuo; quam temporalis periculi habere
incanditatem. Per Dominum.

Lectio III.

Ex epistola Sancti Ambrosii episcopi ad
ecclesiam Vercellensem.

Primus in Occidentis partibus diversa
inter se Eusebii sancto memorie conjunxit,
ut in civitate profusus instituta monacho-
rum teneret, et ecclesiam regeret jejunii
sobrietate. Exiit de terra sua, et de
cognitione sua, et domestico otio peregrina-
tionem prebuit. Pro fide quoque exilio
dura prooptavit atque elegit conjuncto sibi
sancto memorie Dionysio: Mediolanensi
episcopo: qui post habuit imperatoris
Constantii: amicitiam exilio voluntario.
Itaque memorabiles viri circumdati armis,
vallati exercitu, quum raperentur de
ecclesia majore, triumphabant de imperio,
quia contumelia terrestri mercabantur
mentis fortitudinem, regni potentiam:
quibus militaris armorum strepitus ex-
torquere non potuit fidem. Hoc patientia
in sancto Eusebio monasterii coaluit usu,
et durioris observationis consuetudine
hausit laborum tolerantiam... Multis
domum pro fide perfuntus laboribus, cum
unus fere cum Athanasio et Hilario arianis
constantissime restitisset, in ecclesiam suam
redire Eusebius obiit in pace anno Domini
circa hecatesimo septuagesimo.

R. Labora sicut bonus miles Christi Jesu;
nam et qui certat in agone, non corona-
bitur nisi legitime certaverit. V. Esto
vir fortis, et preliare bella Domini nam.
V. Gloria. Et qui certat. 2. Tim. 2. 1. Reg. 18.

Et sit commemoratio feris.

Episcopi Sacerdotes Dei. de communi.

Die XVII. Dec.

S. Sylvestri Papae Conf.

Duplex. O. lect.

Omnia de communi Pontificum.

Oratio Anni.

Omnipotens Deus, qui beatum Sylvestrum Pontificem populo tuo pæcepit, et quibus pro-
 erat, verbis et exemplo prodere voluisti:
 eodem intercedente Pastores ecclesie tue cum
 regibus tibi comitis dirige in viam salutis
 æternæ; ut omnes te donante tibi placita
 cupiant, et tota virtute perficiant. Per
 Dominum.

Vespero de seq. commemoratio precedentis et ferio.

Lectio III.

brev. Paris.

Sylvester Eulogio Romano presbyter, tanta
 cum laude in eo munere se gessit, ut post
 Melchiam Pontifex fuerit electus. Ipso
 Pontifice, data orbi christiano per constan-
 tinum pace, cum contra christi divinitatem
 Arii impietas erupsisset, primum concilium
 œcumenicum apud Nicæam Bithynia coac-
 tum est; cui synodo Sylvester interesse non
 potuit, sed qui ab eo missi sunt, eius vice pro-
 fuerunt: ubi etiam Arius condemnatus,
 et vera fides stabilita et explicata est. Syl-
 vester deinde per plures annos officio suo sanctif-
 icæ obiit circa annum christi trecentesi-
 mum trigésimum quintum, cum annos vi-
 ginti unum, et menses undecim sedisset.

V. Excelsum fecit eum Dominus, et dedit illi
 sacerdotium gentis: et induit eum stolam
 gloriæ, et coronavit eum in vasis virtutis.

R. Corona aurea super mitram eius, expressa
 signo sanctitatis et gloriæ honoris. et induit.

R. gloria. et induit. Euli. 43.

Vespero de sequenti, commemoratio prece-
 dentis et ferio.

Die XVIII. Dec.

Expectatio partus B. M. V.

Duplex maius. 12. lect.

Ad I. Vesperas antiphona et cetera ut habentur in proprio de tempore die XVII. Dec. Si vero sit Dominica omnia ut XVIII. Dec. Sed ob antiphonas O. de Beata in vespere solum sequens commemoratio.

Antiph. Ne timeas Maria, invenisti enim gratiam apud Deum: & ecce concipies in utero et paries filium, et vocabis nomen eius Iesum. Luc. i.

V. Benedicta tu in mulieribus,

R. Et benedictus fructus ventris tui. Luc. i.

Oratio. Sa. Greg.

Deus, qui de beato charo virginis utero Verbum tuum angelo nuntiante carnem suscipere voluisti: profla supplicibus tuis; ut qui vere eam genitricem dei credimus, eius apud te intercessionibus adjuvemur. Per eundem Dominum.

Ad vigilias nocturnas.

In vit. et hymnis ut die XVIII. Dec.

antiphona et V. de psalterio; lectiones

I. nocturni cum suis R. R. ex eodem die;

quod si hodie sit Dominica, lectiones ex die

XVIII. leguntur die sequente, cuius deinde

lectiones ponuntur die procedente XVIII.

Ita ut illa diei XVIII. assignata semper

legantur in I. et vit. de expectationis D. V.

In II. Nocturno.

antiphona et V. de psalterio.

Lectio V.

Sermo sancti Leonis bapo.

Serm. 11. in nat. Dom. c. i.

Semper quidem dilectissimi, diversis modis multisque mensuris humano generi bonitas Divina consuluit. A plurima providentia

his munera omnibus retro saeculis clementer
implet: sed in novissimis temporibus omnem
abundantiam solite benignitatis excepit, quando
in Christo ipsa ad peccatores misericordia, ipsa
deerrantes veritas, ipsa ad mortuos vita des-
cendit: ut verbum illud coeternum et coequale
patri, in unitate Deitatis suae naturam
nostre humilitatis assumeret, et Deus de Deo
natus, idem etiam homo de homine nasce-
retur. Promissum quidem hoc a constitutione
mundi, et multis significationibus rerum
atque verborum semper fuerat propheticum.
Sed quantum hominum portionem figura
ille et mysteria obumbrata saluarent, nisi
longa et occulta promissa aduentu suo Chri-
stus impleat, et quod tunc paucis credentibus
prophetis faciendum, innumeris jam fidelibus
prophetis effectum?

¶ Sicut terra profert germen suum, sic Do-
minus Deus germinabit iustitiam et laudem
coram universis gentibus. 47. Descendet sicut
pluvia in vellus, et sicut stillicidia stillantia
super terram. 7. Dominus. Ps. 61. Ps. 41.

Leitio VI.

Jam ergo nos non signis neque imaginibus
ad fidem deduci mur, sed Evangelica historia
confirmati, quod factum credimus, adoramus.
accidentibus ad eruditionem nostram prophe-
ticiis instrumentis, ut nullo modo habea-
mus ambiguum, quod tantis oraculis sci-
mus esse prae-dictum. Hinc enim est, quod
Dominus abraham ait: in semine tuo benedi-
centur omnes gentes. Hinc David promissio-
nem Dei propheticis spiritibus canit: iuravit
Dominus David, et non frustrabitur eam, de
fructu ventris tui ponam super sedem tuam.
Hinc etiam Dominus per Isaiam: ecce virgo,
inquit, in utero accipiet, et pariet filium,

Et vocabitur nomen eius Emmanuel. Et iterum: Exiet virga de radice Jesse, et flos de radice eius ascendet. In qua virga non dubie beata Virgo Maria predicta est, quae de Jesse et David stirpe progenita, et Spiritu sancto foecundata, novum florem carnis humano utero quidem materno, sed paritū estonixa virginis.

Ps. Videbo eum, sed non modo, in tubis illum, sed non prope: * Orietur stella ex Jacob, et confurget virga de Israel. *Ps.* Egre dietur virga de radice Jesse, et flos de radice eius ascendet. * Orietur. *Num.* 24. *Ps.* 11.

Lectio VII.

Sermo Sancti Basilii Episcopi.

De humana Christi gener. serm. 25.

Quo pacto cum Deo necessitudinem in eas, eique conciliaris, rationem queris. Hanc accipe. Propterea Deus venit in carne, quoniam viris devotam et contaminatam carnem hanc nostram, purgatam sanctamque reddi oportebat, infirmam ac debilem corroborari, a Deo ab alienatam ei conciliari, e paradiso prolapsam in coelum tolli. Quoniam vero est dispensationis huius officina? Sancto virginis corpus. Quae autem generationis principia? Spiritus sanctus, et virtus altissimi obumbrans. Sed potius ipsa audi Evangelii verba: inventa est, inquit, in utero habens de Spiritu sancto. Et virgo erat, quamvis desponsata viro: atque ad huius mysterii dispensationem idonea iudicata est, ut et virginitati honor haberetur, et matrimonium non improbaretur.

Ps. Preparare in occursum dicitur Israel:

* Dominus Deus exercituum nomen eius.

Exulta satis filia Sion, jubila filia Jerusalem: ecce rex tuus veniet tibi, justus et salvator. * Dominus. Amos 4. Zach. 9.

Lectio VIII.

Immo vero quod et ante secula ordinatum fuerat mysterium, et olim per prophetas predictum, habuit exitum: ecce virgo in utero accipiet et pariet filium, et vocabitur nomen eius Emmanuel, quod est interpretatum nobiscum deus. Hoc item appellatio omnis penitus mysterii declarationem habet, quod deus inter homines, quandoquidem eius vocis interpretatio Emmanuel est nobiscum deus. Nemo autem Judaicus se fraudibus decipi patiatur, qui dicunt non virginem, sed puellam a propheta vocatam. Etiam primum quidem omnium absurdissimum est et ineptissimum, id a Domino pro signo datum existimare, quod commune est et totius manifeste nature. Signum autem quoddam inauditum ac prodigiosum valdeque a communi natura remotum est, eadem scilicet mulier et virgo et mater, que et in virginitatis sanctimonia perseveraret, et sustollendo probris benedictionem susceptura esset.

Exulta filia Sion, letare et exulta in omni corde: abstulit Dominus iudicium tuum, averit inimicos tuos: * Rex Israel Dominus in medio tui, non timebis malum ultra. * Ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum. * Rex. V. gloria. * Rex. Loph. 15. Matth. 1.

In III. et Octavo.

Ant. et Cantic. 1. Ps. 67.

Gaudens gaudebo in Domino, et exultabit anima mea in Deo meo: misericordia induit me vestimentis salutis: et indu-

mento iustitiis circumdedit me.
 Quasi sponsam decoratum corona, et
 quasi sponsam ornata monilibus suis.
 Sicut enim terra proferit germen suum, et
 sicut hortus semen suum germinat:
 Sic Dominus Deus germinabit iustitiam, et
 laudem coram universis gentibus.

Canticum II. ff. 62.

Propter Sion non tacebo, et propter Je-
 rusalem non quiescam.
 Donec egredietur ut splendor iustitiae eius, et
 saluator eius ut lampas accendatur.
 Et videbunt gentes iustitiam tuam, et sancti
 reges inclinantur tui.
 Et vocabitur tibi nomen novum, et quod est
 Domini nominabit.
 Et eris corona glorie in manu Domini, et
 diadema regni in manu Dei tui.

Cantic. III. ff. 63.

Non vocaberis ultra derelicta, et terra tua
 non vocabitur amplius desolata.
 Sed vocaberis voluntas mea in ea, et terra
 tua inhabitata.
 Quia complacuit Domino in te, et terra
 tua inhabitabitur.
 Habitabit enim juvenis cum virgine, et ha-
 bitabunt in te filii tui.
 Et gaudebit sponsus super sponsam, et gaudebit
 super te Deus tuus.
 Super muros tuos Jerusalem constitui custodes, et
 tota die et tota nocte in perpetuum non
 tacebunt.
 Qui reminiscimini Domini, ne taceatis, et ne detis
 silentium ei, donec stabilias, et donec
 ponat Jerusalem laudem in terra.
 ant. gaudens gaudebo in Domino, et
 exultabit anima mea in Deo meo. ff. 64.

Quemadmodum desiderat cervus ad fontes
aquarum:

Ita desiderat anima ad te Deus. Ps. 41.

Lectio IX.

De epistola beati Pauli apostolici ad
Romanos. cap. 13.

Hunc propior est nostra salus, quam cum cre-
dimus. et hoc processit, dies autem appropin-
quavit. Abiiciamus ergo opera tenebrarum,
et induamus arma lucis. Sicut in die honeste
ambulemus, non in comestationibus et ebrie-
tationibus, non in cubilibus et impudiciis, non
in contentione et amulatione. sed induimini
Dominum Jesum Christum, et carnis curam
ne feceritis in desideriis.

R. Suscitabo David germen iustum, et regna-
bit rex, et sapiens erit; et faciet iudicium et
iustitiam in terra: & hoc est nomen, quod
vocabunt eum, Dominus iustus noster. V.
Ingressus angelus ad Mariam dixit: ecce
concipies in utero, et paries filium. & hoc est.
Gen. 28. Luc. 1.

Lectio X. cap. 13.

Quocumque scripta sunt, ad nostram doctri-
nam scripta sunt, ut per patientiam et conso-
lationem scripturarum spem habeamus. Deus
autem patientis et solatus de vobis id ipsum
operare in aeternum secundum Jesum
Christum: ut unanimes uno ore honorifi-
catis Deum, et Patrem Domini nostri Jesu
Christi.

R. Preparabitur in misericordia solium,
et sedebit super illud in veritate: & iudicans
a quo reus iudicium, et velociter reddens, quod
iustum est. V. Dabit illi Dominus Deus sedem
David patris eius, et regnabit in domo Ja-
cob in aeternum. & iudicans. Ps. 132. Luc. 1.

Propter quod suscipite invicem, sicut et
Christus suscepit vos in honorem dei. Dico
enim, Christum Jesum ministrum fuisse
circumcisionis propter veritatem dei, ad
confirmandas promissiones patrum: gentes
autem super misericordia honorare deum,
sicut scriptum est: propterea confitebor
tibi in gentibus Domine, et nomini tuo
cantabo.

R. Suscepit Deus Israel puerum suum,
recordatus misericordie sue: & sicut locutus
est ad patres nostros, abraham et semini
eius in secula. V. In me anilla sua adim-
plevit Dominus misericordiam suam, quam
promisit domui Israel. & sicut. Luc. j. Gaudet. 13.

Lectio XII.

Et iterum dicit: letamini gentes, cum
plebe eius. Et iterum: laudate omnes gentes
Dominum, et magnificate eum omnes
populi. Et rursus Isaias ait: erit radix
Jese, et qui exurge, regere gentes, in eum
gentes sperabunt. Deus autem sic replet
vos omni gaudio et pace in credendo: ut
abundetis in spe, et virtute spiritus sancti.

R. Beata, que credidisti, & quoniam per-
ficiantur ea, que dicta sunt tibi a Domino.

V. Non est Deus quasi homo, ut mentiat, nec
ut filius hominis, ut mulletur. & quoniam.

V. Gloria. & quoniam. Luc. j. Num. 29.

Evangelium, ut supra in festo. Gabrielis.

Ad Laudes matutinas et horas.

Omnia dicantur, ut die XVIII. vel C. hodie
s. Dominica) ut XIX. Dec. cum oratione
ut supra ad vesperas.

Ad Laudes.

V. Velociter exaudi me Domine:

R. Defecit spiritus meus. Ps. 142.

Ad vesp. ant. Spiritus sanctus superveniet

te, et virtus altissimi obumbrabit tibi: &
deoque et quod nascetur ex te sanctum, voca-
bitur Filius Dei. Luc. 1.

Unde fit commemoratio ferie, ut suo loco.

ad II. Vesperas.

Omnia, ut die XVIII. pro commemoratione

S. Marie

ant. Quid dilecte mi? quid dilecte uteri mei? &

quid dilecte uoluntatum meorum? Prov. 31.

R. Concupiscet rex decorem tuum.

R. quoniam ipse est Dominus Deus tuus, et
adorabunt eum. Ps. 44.

Oratio ut supra ad vespertas.

Si hodie occurrat Dominica, festum hoc cele-
bratur die sequente XIX. et omnia fiunt,
ut illa die notantur, praeter ea, quae superius
sunt propria.

Die XX. Dec.

De vigilia S. Thomae nihil fit in officio; di-
citur vero missa de ea, cum commemoratione
ferie. Si vero occurrat in feriis quatuor tem-
porum, missa dicitur de feria, cum com-
memoratione vigiliae.

Die XXI. Dec.

S. Thomae apostoli.

Festivitas II. clavis. 12. lectionum.

Ad vespertas antiphona, canticum,

Ps. hymnus et V. dicuntur de feria cur-

rente, ritu duplici, ob antiphonas O. Et de S.

Thomae fit tantum commemoratio. Ad laudes

autem et horas antiphona quidem de feria

currente, cetera autem de festo.

ad I. Vesperas.

ant. Dicit Jesus Thomae: ego sum via, et uentus

et uita: & nemo uenit ad Patrem, nisi per me. Jo. 14.

R. et uita: & nemo uenit ad Patrem, nisi per me.

R. adimplebis me cetera cum uultu tuo. Ps. 15.

Oratio.

Da nobis, quo sumus Domine, beati apostoli
tui Thomae solemnitatibus gloriari: ut eius
semper et patrocinis sublevemur; et fidem
congrua devotione selemur. Per Dominum.

Ad vigilias nocturnas.

Omnia de communi apostolorum. In I.
Nocturno lectiones quatuor cum suis P. R.
De feria currente.

In II. Nocturno.Lectio V.

Ex hist. Evang. et eclefiast.

Thomas, qui et Didymus, unus fuit ex
duodecim, quos Christus e discipulis suis ele-
git, et apostolos nominavit. Dominum
audita morte Lazari in judaam profugisse
volentem, cum discipuli obiecto cupidatio-
nis periculo de terrere conarentur, dixit
Thomas: eamus et nos, ut moriamur cum
illo. Cum autem Christus transiturus ad Pa-
trem dixisset discipulis: vado parare vobis
locum, sciscitatus Thomas, quo vaderet,
et quam iniret viam, his ab eo verbis eductus
est: ego sum via, veritas et vita, nemo venit
ad patrem, nisi per me. Post octo a resurrectio-
ne dies vidit stantem Dominum in medio
discipulorum, et qui prius eum resurrexisse
non crederat, presentem intuitus exclamavit:
Dominus meus, et Deus meus.

Lectio VI.

Post acceptum Spiritum sanctum Barthis
et Medis euangelium annuntiavit. Tum ad
Indos se contulit, quibus in christiana religio-
ne eruditus apostolatus honorem martyrii
corona cumulavit. Maximo in honore fuit
apud fideles, cuius plurima olim extitere
monimenta. In Indis loco, in quo corpus

ius primo conditum fuit, extructum est
 non aedificium, et templum mirae magnitu-
 dinis, in quo Deus multis miraculis apostoli-
 ci gloriam declaravit. Et post in Mesopotamia,
 quo eius reliquiae translatae sunt, insignis
 aedificata est basilica, eiusque nomini dicata:
 in qua propter loci sanctitatem collectae sine
 intermissione celebrabantur.

Lectio VII.

Sermo sancti Gregorii Papae.

hom. 26. in evang.

Numquid casu gestum creditis, fratres carissi-
 mi! ut elicitus ille discipulus tum deesse, post
 autem veniens audiret, audiens dubitaret, du-
 bitans palparet, palpans crederet? Non hoc
 casu, sed divina dispensatione gestum est. Egred
 namque miro modo superna clementia, ut
 discipulus ille dubitans dum in magistro
 suo vulnera palparet carnis, in nobis vulnera
 sanaret infidelitatis. Plus enim nobis Thomas
 infidelitas ad fidem, quam fides credentium
 discipulorum profuit: quia dum ille ad fidem
 palpando reducitur, nostra mens omni dubita-
 tione postposita in fide solidatur. Sic quippe
 discipulum Dominus post resurrectionem
 suam dubitare permisit, nec tamen in dubi-
 tatione deseruit: sicut ante natiuitatem
 suam habere Mariam porsum voluit, qui ta-
 men ad eius nuptias non pervenit. Etiam ille
 factus est discipulus dubitans et palpans
 testis vero resurrectionis, sicut sponsus matris
 fuerat custos integerrimo virginitalis.

Lectio VIII.

Dum ergo vidit Thomas, dum palparit, au-
 di dicitur: quia vidisti me, credidisti? Sed aliud
 vidit, aliud credidit. et mortaliquippe homine

divinitas videri non potuit. Hominem ergo vidit, et Deum confessus est dicens: Dominus meus et Deus meus. Videndo ergo credidit, qui considerando verum hominem, hunc Deum esse, quem videre non poterat, exclamavit. Adhuc valde, quod sequitur: beati, qui non viderunt, et crediderunt. In qua nimirum sententia nos specialiter signati sumus, qui eum, quem carne non vidimus, mente retinemus. Et hoc signati sumus, sed si fidem nostram operibus sequimur. Ille enim etiam vere credit, qui exerceat operando, quod credit.

In III. et nocturno.

antiphona et cantica, ut in dominica I. adventus.

V. Electiones: Finis legis cum suis p. p.

de communi apostolorum.

Sequentia sancti Evangelii
secundum Joannem. cap. 20.

In illo tempore: Thomas unus ex duodecim, qui dicitur Didymus, non erat cum eis, quando venit Iesus. Dixerunt ergo ceteri discipuli: vidimus Dominum. Ille autem dixit eis: nisi videro in manibus eius fixuram clavorum, et mittam digitum meum in locum clavorum, et mittam manum meam in latus eius, non credam. Et post dies octo iterum erant discipuli eius intus, et Thomas cum eis. Venit Iesus ianuis clausis, et stetit in medio, et dixit: pax vobis. Deinde dicit Thomas: infer digitum tuum huc, et vide manus meas, et affer manum tuam, et mitte in latus meum: et noli esse incredulus, sed fidelis. Respondit Thomas, et dixit ei: Dominus meus et Deus meus. Dixit ei Iesus: quia vidisti me Thomas, credidisti: beati, qui non viderunt, et crediderunt.

Ad Bened. ant. Vide manus meas, et affer manum tuam, et mitte in latus meum: et noli esse incredulus, sed fidelis. Jo. 20.

inde fit commemoratio ferie.

In II. Vesperis.

De Magnis. pro commem. antiph.

Quia vidisti me Thoma, credidisti: & beati, qui
non viderunt, et crediderunt: Jo. 20.

Hoc festum venerit in Dominica transfer-
tur in feriam secundam.

Ad Officia festorum, que deinceps usque ad
decimam quartam Januarii in calendario
sequuntur, ob majorem commoditatem ha-
bentur in proprio de tempore.

Festa Januarii.

Die XIV. Januarii.

Festum S. Nominis Jesu.

Solemnitas II. clavis. jr. lect.

Ad 1. Vesperas.

Antiphona ex Natalinis.

Lectio Isa. 50.

Ecce Dominus Deus auxiliator meus: quis
est, qui condemnet me? qui ambulavit
in tenebris, et non est lumen ei, speret
in nomine Domini, et innitatur super
Deum suum.

Or. br. adiutorium nostrum * in nomine
Domini:

V. Qui fecit caelum et terram. Ps. 120.

Hymnus Paris.

in tono natalitatis.

1. Vultis sibi cognomina

Sumunt tyrannigentibus: *

Tu Christe quanto dignius

Ab his capis, quos liberas?

2. Non aeterum mortalibus

aegris datum, quod invocant: *

Resurgerent quo mortui,

Verenne per quod viverent.

3. Tanti quod illi constitit,

Toto quod emptum sanguine: *

Vostro- ne rursus crimine

Infana gens delebimus?

4. Saeropati pro nomine,

Summi sit instar muneris: *

Amara non mors amplius,

Sit mors per hoc amabilis.

5. Tu qui vocari sustines, Jesu

Jesu, salus mortalium: *

audi vocantes nos, tuo

Qui gloria mur nomine.

1. Jesu tibi sit gloria,
 Qui natus es de virgine: &
 Cum Patre, cumque Spiritu,
 In sempiterna secula. amen.

Hoc clausula dicitur ad omnes horas.

2. Vocabitur tibi nomen novum:

Quod os Domini nominabit. Isa. 62.

Ad Magnif. ant. Vocabis nomen eius Jesum: &
 ipse enim salvum faciet populum suum a
 peccatis eorum. Matth. 1.

Oratio brev. Rom.

Deus, qui unigenitum Filium tuum consti-
 tuisti humani generis Salvatorem, et Jesum
 vocari iussisti: concede propitius; ut cuius
 sanctum et nomen veneramus in terris, eius
 quoque aspectu perfruamur in caelis. Per
 eundem.

Deinde fit commemoratio diei octavo Epi-
 phaniae, ut in proprio de tempore: postea
 S. Felicis M. ant. et V. de communi.

Oratio Sacr. Greg.

Concede quesumus, omnipotens Deus, ut ad
 meliorem vitam sanctorum tuorum exempla nos
 provocent: quatenus quorum solennia agi-
 mus; etiam actus imitemur. Per Dominum.

Ad vigilias nocturnas.

In vit. et nomen Jesu, quod est super omne no-
 men: & venite adoremus. Philipp. 2.

Rhythmus. interopera S. Bernardi. J. II. p. 895.

1. Jesu dulcis memoria,
 Dans vera cordis gaudia: &
 Sed super mel et omnia,
 Eius dulcis presentia.

2. Vit canitur suavius,
et sic auditur jucundius, &
et sic cogitatur dulcius,
 Quam Jesu Dei Filius.

3. Jesu spes poenitentibus,
 Quam pius es peccantibus: *
 Quam bonus te quarentibus:
 Sed quid inuenientibus?
4. Jesu dulcedo cordium,
 Fons vivus, lumen mentium: *
 Excedens omne gaudium,
 Et omne desiderium.
5. Nec lingua valet dicere,
 Nec littera exprimere: *
 Experitus potest credere,
 Quid sit Jesum diligere.
6. Sis Jesu nostrum gaudium,
 Qui es futurus premium: *
 Sit nostra in te gloria
 Per cuncta semper secula. Amen.
- In I. nocturno. antiphona

1. Mille Dominus Salvatorem, et
 propugnatorem, * qui liberet eos. Ps. 119.
2. Eue Salvator tuus venit: * eue merces
 eius cum eo, et opus eius coram eo. ib. 62.
3. Ipse salvabit nos * propter misericor-
 diam suam. Job. 13.
4. Eritis mihi in populum, et ego ero vo-
 bis in Deum: * et salvabo vos de uni-
 versis iniquamentis vestris. Exod. 36.
5. Eue ego salvabo populum meum; * et
 erunt mihi in populum, et ego ero eis
 in Deum. Zach. 8.
6. Eue nos venimus ad te, tu enim es Do-
 minus Deus noster: * vere in Domino deo
 nostro salus. Jer. 5.
7. Propter gloriam nominis tui Domine
 libera nos:
8. Et propitius esto peccatis nostris prop-
 ter nomen tuum. Ps. 78.

De actibus apostolorum. cap. 3.

Petrus et Joannes ascendebant in templum
ad horam orationis nonam. Et quidam vir,
qui erat claudus ex utero matris suae, bini-
labaatur, quem ponebant quotidie ad por-
tam templi, quae dicitur speciosa, ut peteret
elemosynam ab introeuntibus in templum.
Et cum vidisset Petrum et Joannem incipien-
tes introire in templum, rogabat, ut elee-
mosynam acciperet: intuens autem in
eum Petrus cum Joanne dixit: respice in nos.
At ille intendebat in eos, sperans se aliquid
accipiturum ab eis.

R. In die illa, dicit Dominus, congregabo
claudicantem: et ambulabimus in nomine
Domini Dei nostri. V. Hi in curribus et hi
in equis: nos autem in nomine Dei nostri
invocabimus. et. Mich. 4. Pf. 19.

Lectio II.

Petrus autem dixit: argentum et aurum
non est mihi, quod autem habeo, hoc tibi
do: in nomine Jesu Christi tibi exoni surge
et ambula. Et apprehensa manu eius dextera
allevavit eum, et protinus consolidatae sunt
bafes eius et planta. Et exiliens stetit et
ambulabat: et introivit cum illis in tem-
plum ambulans et exiliens et laudans
Deum. Et vidit omnis populus eum ambu-
lantem et laudantem Deum.

R. Deus ipse veniet et salvabit vos: tum
sicut cervus claudus: et redempti a
Domino convertentur, et venient in Sion cum
gaude. V. et avertat hunc humilis factus
confusus, pauper et inops laudabunt nomen
domini. et redempti. Ps. 113. Pf. 113.

Lectio III.

Cognoscebant autem illum, quod ipse erat,
 qui ad eleemosynam sedebat ad speciosam
 portam templi, et impleti sunt stupore et
 extasi in eo, quod contigerat illi. Cum tene-
 ret autem Petrum et Joannem, cecurrit
 omnis populus ad eos, ad porticum, quo ap-
 pellatur Salomonis, stantes. Videns
 autem Petrus respondit ad populum: viri
 israelitici, quid miramini in hoc, aut nos
 quid inuenimini, quasi nostra virtute aut
 potestate fecerimus hunc ambulare? Deus
 Abraham, et Deus Isaac et Deus Jacob, Deus
 patrum nostrorum glorificavit Filium
 suum Jesum, quem vos quidem tradidistis et
 negastis ante faciem Pilati, judicante illo
 dimitti. Vos autem sanctum et iustum ne-
 gastis, et petistis virum homicidam donari
 vobis, autorem vero vite interfecistis: quem
 Deus suscitavit a mortuis, cuius nos testes
 sumus. Et in fide nominis eius hunc, quem
 vos vidistis et nostis, confirmavit nomen
 eius: et fides, quo per eum est, dedit inte-
 gram sanitatem istam in conspectu om-
 nium vestrum.

R. Civitas gentium robustarum timebit
 te: * quia factus es fortitudo pauperi, forti-
 tudo egeno in tribulatione sua. V. Timebunt
 gentes nomen tuum Domine, et omnes
 reges terre gloriam tuam. * quia. Ps. 25. Ps. 101.

Lectio IV. cap. 4.

Factum est autem in crastinum, ut congre-
 garentur principes eorum, et seniores, et scribae
 in Jerusalem, et annas princeps sacerdotum,
 et Caiphas et Joannes et Alexander, et quot-
 quot erant de genere sacerdotali. Et stabentes
 eos in medio interrogabant: in qua virtute,

ut in quo nomine fecistis hoc vos? Tunc
 repletus spiritu sancto Petrus dixit ad eos:
 principes populi et seniores audite. Si nos
 hodie dijudicamur in beneficio hominis in-
 firmi, in quo iste saluus factus est, notum sit
 omnibus vobis et omni plebi israel, quia
 in nomine Domini nostri Jesu Christi et Ga-
 rri, quem vos crucifixistis, quem Deus sus-
 citavit a mortuis, in hoc iste adstat coram
 vobis sanus. Hic est lapis, qui reprobatus est
 a vobis edificantibus, qui factus est in ca-
 put anguli: et non est in alio aliquo salus.
 Nec enim aliud nomen est sub caelo datum
 hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri.

R. Videntes admirabantur, et invocantes
 eos, et denuntiaverunt, ne omnino loque-
 rentur, neque docerent in nomine Jesu.
V. astiterunt reges terrae, et principes conve-
 nerunt in unum, adversus Dominum et ad-
 versus Christum eius. et invocantes. *V.* gloria.
R. denunt. act. 4. vs. 2.

In II. nocturno. antiphona.

1. Eue Deus saluator meus: et fiducialiter
 agam, et non timebo. vs. 12.
2. Fortitudo mea et laus mea Dominus: et
 factus est mihi in salutem. ib.
3. Iste Deus meus, et glorificabo eum: et Deus
 patris mei, et exaltabo eum. Leod. 13.
4. Sanctum nomen Domini in excelsis, et in
 sancto habitans: et cum contrito et humi-
 li spiritu. vs. 54.
5. Adiuxisti populum tuum Domine: et ut fa-
 ceres tibi nomen gloriae. ib. 63.
6. Oleum effusum nomen tuum Domine: et
 recti diligunt te. cant. 1.
7. Sperant in te Domine,
8. qui noverunt nomen tuum. vs. 9.

Lectio V.

Sermo sancti Bernardi abbatis.
Serm. 18. super cantica.

Est procul dubio inter oleum et nomen sponsi similitudo, nec otiose spiritus sanctus alterum comparavit. Ego autem dico, in triplici quadam qualitate olei, quod lucet, pascit et ungit: fovet ignem, nutrit carnem, lenit dolorem, lux, cibum, medicina. Vide idem nunc et de sponsi nomine. Lucet predicatum, pascit cogitatum, invocatum lenit et ungit. Et percurramus singula. Unde putas in toto orbe tanta et tam subita fidei lux, nisi de predicato Jesu? Nonne in huius nominis luce Deus nos vocavit in admirabile lumen suum, quibus illuminatis, et in lumine isto videntibus lucem dicit merito Paulus: fuistis aliquando tenebre, nunc autem lux in Domino? quomodo lux ista implevit hac perstrinxit eunctorum intuentium oculos, quando de ore Petri tanquam fulgur egrediens, claudi unius corporales plantas, solidavit et bases, multosque spiritualiter cecos illuminavit! et unquid non ignem sparsit, cum ait: in nomine Jesu Christi Nazareni surge et ambula.

¶ Manifestata est nunc gratia per illuminationem Salvatoris nostri Jesu Christi, qui destruxit quidem mortem, illuminavit autem vitam et incorruptionem, per evangelium. V. qui ambulavit in tenebris, et non est lumen ei, speret in nomine Domini.
* qui. 2. Tim. j. gsa. 50.

Lectio VI.

hec tantum lux est nomen Jesu, sed est et abusus. An non toties confortaris, quoties recedaris? quid eque mentem cogitantis impinguat? quid illa exercitatos reparat sensus,

in dulces roborat, vegetat mores bonos atque
 honestos, castas fovet affectiones. aridus est
 omnis animo cibus, si non oleo isto infun-
 ditur: insipidus est, si non hoc sale conditur.
 Si scribas, non sapit mihi, nisi legero tibi
 Jesum. Si dispules, aut conferas, non sapit
 mihi, nisi sonuerit tibi Jesus. Jesus mel in
 ore, in aure melos, in corde jubilus.

R. Congregabo illos, quia redemi eos, confor-
 tabo eos in Domino: & et in nomine eius am-
 bulabunt. V. Filii hominum in tegmine
 alarum tuarum sperabunt, quoniam a puer
 bestis fons vite. & et in. Zach. 10. Ps. 55.

Lectio VII.

Sed est et medicina. Tristatur aliquis vestrum?
 Veniat in cor Jesus, et inde saliet in os; et ecce
 ad exortum nominis lumen, nubilum omne
 diffugit, redit serenum. Labitur quis in cri-
 men, currit in super ad laqueum mortis
 desperando? Nonne si invocet nomen vite,
 confestim respirabit ad vitam? Cui aliquan-
 do flebit ante faciem salutaris nominis,
 duritia cordis, ignavia torpor, rancor animi,
 languor accidia? Cui in periculis palpantem
 et trepidantem invocatum virtutis nomen
 non statim fiduciam prestabit, depulset
 metum? Cui, quosq; in dubiis osstanti et
 fluctuantem non subito ad invocationem
 clari nominis emicuit certitudo? Cui in
 adversis diffidenti, jamjamque deficienti,
 si nomen adiutorii sonuit, defuit fortitudo?
 Admirum morbi et languores animo
 isti sunt, illud medicina.

R. Turris fortissima nomen Domini: &
 ad ipsum currit iustus, et exaltabitur.
 V. Tribulationem et dolorem inveni,
 et nomen Domini invocavi & ad ipsum.
 Prov. 18. Ps. 114.

Lectio VIII.

Nihil ita ira impetum cohibet, super-
 bio humorem sedat, sanat livoris vul-
 nus, restringit luxuria fluxum, ex-
 stinguit libidinis flammam, si tim-
 temperat avaritiam, ac totius indecoris
 fugat pruriginem. Siquidem cum nomi-
 no Jesum hominem, michi propono mi-
 dem et humilem corde, benignum, sobrium,
 castum, misericordem, et omni denique
 honestate ac sanctitate conspicuum,
 eundemque ipsum Deum omnipoten-
 tem, qui suo me et exemplo sanat, et
 roborat adjuvatio. Hoc omnia simul
 michi sonant, cum insonuerit Jesus.
 Sumo itaque michi exempla de homine,
 et auxilium a potente, illa tanquam
 pigmentarias species, hoc tanquam unde
 acuam eas: et facio confedionem, cui
 similem medicorum nemo facere potest.
 Hoc tibi electuarium habes, reconditum
 in vasculo vocabuli huius, quod est Jesus,
 salutiferum certe, quodque nulli unquam
 pestilens inveniat in inefficax. Semper
 tibi in sinu sit, semper in manu, quos tui
 omnes in Jesum et sensus dirigantur et
 actus.

R. Ecce nos venimus ad te, tu enim es
 Dominus Deus noster: & vere in Domino
 Deo nostro salus. *V.* In te inimicos nostros
 ventilabimus cornu, et in nomine tuo
 spernemus insurgentes in nobis. & vere.
V. gloria. & vere. *Jer. 5. Ps. 45.*

In III. nocturno.

ant. *Ps.* Dominus sustinuit cum: & exulta-
 bimus et letabimur in salutaribus. *Ps. 25.*

Cantica ex claritate Domini.

V. In Deo laudabimur tota die:

R. Et in nomine tuo confitebimur in seculum. *Ps. 45.*

71.
Lectio IX.

De epistola beati Pauli apostoli ad
Philippenses. cap. 2.

Si qua consolatio in Christo, si quod sola-
rium charitatis, si qua societas spiritus,
si qua viscera miserationis, implete gau-
dium meum, ut idem sapiatis, eandem
charitatem habentes, unanimes, id ipsum
sentientes: nihil per contentionem, neque
per inanem gloriam; sed in humilitate su-
periores sibi invicem arbitrautes, non quo
sua sunt, singuli considerantes, sed ea, quo
aliorum.

R. Non misit Deus Filium suum, ut iudicet
mundum: sed ut salvetur mundus per
ipsum. V. Nihil est ei Deus Salvatorem et
propugnatorem, qui liberet eos. ut sal.
Jo. 3. Jsa. 43.

Lectio X.

Hoc enim sentite in vobis, quod et in Christo
Jesu: qui cum in forma Dei esset, non rapinam
arbitratus est, esse se equalem Deo, sed se met-
ipsum exinanivit, formam servi accipiens,
in similitudinem hominum factus, et habitu
invenitur ut homo. Humiliavit, se, et ipsum
factus obediens usque ad mortem, mortem
autem crucis. Propter quod et Deus exalta-
vit illum, et donavit illi nomen, quod est
super omne nomen: ut in nomine Jesu omne
genus flectatur, caelestium, terrestrium et
infernorum, et omnis lingua confiteatur,
quia Dominus Jesus Christus in gloria est
Dei Patris.

R. Vires ego, dicit Dominus, et quoniam
michi flectetur omne genus, et omnis lingua
confitebitur Deo. V. Numquid non ego
Dominus, et non est ultra Deus absque me?
Deus justus, et salvans non est propter me.
P. michi. Rom. 14. Jsa. 45.

Lectio XI.

De epistola ad Colossenses. cap. i.

Ambuletis digne Deo per omnia placentes, in omni opere bono fructificantes, et crescentes in scientia Dei: in omni virtute confortati secundum potentiam claritatis eius, in omni patientia et longanimitate cum gaudio, gratias agentes Deo Patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine: qui eripuit nos de potestate tenebrarum, et transtulit in regnum Filii dilectionis suae, in quo habemus redemptionem per sanguinem eius, remissionem peccatorum, qui est imago Dei invisibilis, primogenitus omnis creaturae. quoniam in ipso condita sunt universa in caelis et in terra, visibilia et invisibilia, sive throni, sive dominationes, sive principatus, sive potestates; omnia per ipsum et in ipso creata sunt, et ipse est ante omnes, et omnia in ipso constant.

¶ Vitam eternam dedit nobis Deus, et haec vita in Filio eius est: ut sciat, quoniam et vitam habetis eternam, qui creditis in nomine Filii Dei. V. Non enim aliud nomen est sub caelo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri. F. vitam. j. Jo. s. ad. 4.

Lectio XII.

Et ipse est caput corporis Ecclesiae, qui est principium, primogenitus ex mortuis: ut sit in omnibus ipse primatum tenens. Quia in ipso complacuit omnem plenitudinem inhabitare, et per eum reconciliare omnia in ipsum, pacificans per sanguinem crucis eius sive quo in terris, sive quo in caelis sunt. Et vos cum spectis aliquando alienati, et inimici sensu in operibus malis,

tunc autem reconciliauit in corpore carnis
suis per mortem, exhibere vos sanctos et
immaculatos, et irreprehensibiles coram
ipso.

¶. Eue puer meus, quem elegi, dilectus meus,
in quo bene complacuit animo meo. et in
nomine eius gentes sperabunt. V. Dedit
illis, ut liberaret populum suum; et adqui-
rere sibi nomen eternum. et in. V. gloria.
¶ in nom. Matth. 12. 1. Matth. 6.

Sequentia sancti euangelii
secundum Lucam. cap. 2.

In illo tempore: Postquam consummati
sunt dies octo, ut circumcideretur puer:
votatum est nomen eius Iesus, quod voca-
tum ab angelo, priusquam in utero conce-
peretur.

¶ Laudes Matutinas et horas. antiphona.

1. Omnis, qui inuocauerit nomen Domini, et
saluus erit. Joel 2.
2. Confitemini Domino, et inuocate nomen eius: et
memento, quoniam excelsum est nomen
eius. psa. 12.
3. Turris fortissima nomen Domini: et ad ipsum
currit iustus, et exalabitur. Prov. 18.
4. In Domino gaudebo: et exultabo in deo
Iesu meo. Hab. 3.
5. ad laud. Iuvenes et virgines, senes cum junio-
ribus laudent nomen Domini: et quia
exaltatum est nomen eius solius. ps. 148.

Lectio luli. 39.

Benedictio Domini quasi fluvius inundabit.
Et nunc in omni corde et ore collaudate et
benedicite nomen Domini.

- ¶. Gr. Sit nomen Domini et benedictum
in secula.
3. ante solem permanet nomen eius. et bened.
ps. 71.

Rhythmus.

1. Jesu rex admirabilis,

Et triumphator nobilis: x

Dulcedo ineffabilis,

Totus desiderabilis.

2. Mane nobiscum Domine,

Et nos illustra lumine: x

Pulsa mentis caligine

Mundum replens dulcedine.

3. Quando cor nostrum visitas,

Tunc luce dei veritas: x

Mundi vilescit vanitas,

Et in his feruet charitas.

4. Jesum omnes agnoscite,

Amorem eius posscite: x

Jesum ardentem quaerite,

Quoerendo inardescite.

5. Sic amantem diligite,

Amoris vicem reddite: x

In hunc odorem currite,

Et vota votis reddite.

6. Te nostra Jesu vox sonet,

et nostri te mores exprimant: x

Te corda nostra diligant,

Et nunc et in perpetuum. amen.

V. Magnificate Dominum mecum:

R. Et exaltemus nomen eius in idipsum. Ps. 33.

Ad Bened. ant. Benedictum Domine nomen

glorie tuo sanctum, x et laudabile, et super-

exaltatum in omnibus seculis. Dan. 3.

Oratio ex I. Vesperis.

Deinde fit commemoratio S. Felicitis. M.

De communi, oratio ut in I. Vesperis.

Ad Tertiam. Lectio Philip. 2.

Deus exaltavit illum, et donavit illi nomen,
quod est super omne nomen, ubi nomine Jesu
omne genua flectantur.

Redemptionem misit Dominus populo suo:
Santum et terribile nomen eius. Ps. 110.

Ad Sextam. Lectio Rom. 10.

Omnis qui credit in illum, non confundetur:
non enim est distinctio Iudaei et Graeci; nam
idem Dominus omnium, dives in omnes,
qui invocant illum. Omnis enim qui invo-
caverit nomen Domini, salvus erit.

V. Sperant in te, qui noverunt nomen tuum:
R. Quoniam non dereliquisti quae ex te
Domine. Ps. 9.

Ad Vesperam. Lectio 2. Tim. 2.

Firmum fundamentum Dei stat, habens
signaculum hoc: cognovit Dominus, qui
sunt eius; et discedat ab iniquitate omnis,
qui nominat nomen Domini.

V. Dealur vir, cuius est nomen Domini percursus:
R. Et non respexit in vanitates et insanas fal-
sas. Ps. 39.

Ad II. Vesperas.

Antiphona ex Matulinis.

Lectio. Coloss. 3.

Omne quodcumque faciatis in verbo aut in
opere, omnia in nomine Domini Iesu Chri-
sti, gratias agentes Deo et Patri per ipsum.

R. br. et hymnus ex I. Vesperis, vel sequens.

Rhythmus.

1. Jesu auctor clementiae,
Totius spes letitiae: x
Dulcoris fons et gratiae,
Vera cordis delicia!
2. Qui gustant, esuriunt,
Qui bibunt adhuc sitiant: x
Desiderare nesciant,
Nisi Jesum, quem diligunt.
3. Jesu deus angelicum,
In aure dulcia canticum: x

In ore mel mirificum,
In corde nectar coelicum.

4. Tu fons misericordie,

Tu vero lumen patrie: *
Pelle nubem tristitia,
Dans nobis lucem glorie.

5. Jesu flos matris virginis,

Amor nostro dulcedinis: *
Tibi laus, honor numinis,
Regnum beatitudinis. amen.

V. Saluavit eos Dominus propter nomen suum:
R. ut notam faceret potentiam suam. Ps. 105.

Ad Magnif. ant. Fecit Dominus magna,
qui potens est, * et sanctum nomen eius. Luc. 1.

Deinde fit commemoratio sequentis, ut
infra.

Lectio de S. Felice M. Si legiverit, exbris.
ex S. Paulino, aliisque script. eulog.

Felix presbyter etolanus, a Maximo episcopo, qui declinando persecutionis causa juxta Domini proceptum seceperat, pascebat gregis curam ad tempus accepit. Quo munere dum fungitur, ab iis, qui pontificem querebant, conicitur in carcerem: sed ab angelo eductus, a Maximum in monte calitantem adit, exanimem pene et humi jacentem erigit, uva divinitus reperta refocillat, refocillat, reiectumque humeris commendat anui, quo sola ex profulis famulatio supererat. Felix domum reversus in ea latuit, donec pax ecclesie redderetur. Exorta rursus persecutione, ab iis etiam, qui eum querebant, ad necem, concionantemque audiebant et alloquebantur, agnosci non potuit: atque inter dirutos parietes per angustum ingressus est aditum, quem repente ex rudere corruens agger proclussit, et aranea sic telis obtextit, ut nemini

474.
recentis latebra suspicio relicta sit. In sicca dem-
e cisterna sex menses delitescens Christus
ministerio cuiusdam mulieris mirabiliter
parit. Finita tandem persecutione, oblatum
illi post Maximi mortem episcopatum constan-
ter recusans, muctis viribus, eximia pro-
cipue paupertate, insignis migravit in caelum.
cuiusque sepulcrum crebris nobilitatum est
miraculis.

Ps. In umbra manus suae protexit me, posuit
me sicut sagittam electam. & in pharetra sua
abscondit me. V. Abscondit me in taberna-
culo suo, in die malorum protexit me. & in phar.
V. gloria. & in phar. Ps. 49. Ps. 26.

Die XV. Januarii.

S. Mauri abbatis.

Festivitas II. clavis. jr. lect.

Ad I. Vesperas.

Siccas habere contingat.

Antiphona ex Matutinis laudibus.

Lectio Euli. 6.

Fili a juventute tua excipe doctrinam, et
usque ad canos invenies sapientiam: quasi
is, qui arat et seminat, auede ad eam, et sustine
bonos fructus illius.

Ps. br. Dote me Domine & justificationes
tuas. Rep.

V. Da mihi intellectum, ut discam mandata
tua. & justif. V. gloria. Rep. Ps. 118.

Hymnus Clun.

Qui te, posthabitis omnibus, ambiunt,
Horum presidium, dux, Deus et decus: &
Quas Mauri meritis, muneribus tuis
Laudes pangimus, auge.

Et hic gentilibus maior honoribus,
Spretis lotus adit claustra palatii: &

Calcias Delicias, proelia, purpuram,
ut christi subeat iugum.

3. Sancti propositam patris imaginem
gestis comparibus sedulus exprimit.*
Spectandis pueri luceat in actibus
vite norma monastico.

4. Se sauo rigidus conterit aspero,
Fronat perpetui lege silentii.*
Noctes in precibus pervigil exigit,
Jejunos solidos dies.

5. Dum iussis patrius excitus advolat,
Siccocalcat aquas impavidus pede.*
Educit placidum gurgite sospitem,
Et Petro similis redit.

6. Laudum iugis honorabilis Trinitas,
Uno veclia fatias lumine caelites.*
Da sancto famulis tramite Regule
Nauri premia consequi. amen.

V. Elegi abjectus ope in domo Dei mei:

R. Magis quam habitare in tabernaculis
peccatorum. Ps. 80.

Ad Magnif. ant. Egredere de cognatione tua,
et de domo patriis tui: et veni in terram
quam monstrabo tibi. gen. 12.

Oratio.

Deus, qui beatum Maurum ad imitandum
obedientiae exemplum sic pedes super aquas
ambulare fecisti: concede, ut et iudicium
ipsius implere documenta, et promissorum
obtinere consortia mereamur. Per Domi-
num.

Ad Vigilias nocturnas.

In vit. Jesum, cui venti et mare obediunt: et
venite adoremus. Matth. 8.

Hymnus Lun.

I. Norma in vita, speculumque sanctorum,

Mauri, qui noctes precibus sacraſti: x
 aſtra nocturnis tibi lingua laudes
 Concinit hois.

Gallie multoſis precibus petitus,
 Vindictam rursus patrie remittis: x
 Te ſalus gentis movet, ac futura
 gloria proliſ.

Mille poſt caſus obicesque fractos,
 Ordinis late ſoleolem propagas: x
 Atque promulgas ſacra Patriarcho
 Dogmata Francis.

Signa ſectantur tua purpurati,
 Ipſe rex ſubdit pedibus coronam, x
 Ac tuos inter lacrymans referri
 Ambit alumnos.

Inclitis ſignis operum coruſcas,
 Voca debellas crebri cohortes: x
 Imperas morbis, ſibi cogis ipſam
 Cedere mortem.

Summe ſtillantis Dominator aule,
 Quem fides unum colit atque trinum: x
 Supplices aſſuſi ſuperis clientes
 Inſere turmis. amen.

Antiphona et vii. utriusque nocturni
De communi Monachorum.

In I. Nocturno.

Lectiones quatuor cum ſuis R. R. De ſcriptura
et feria corrente.

In II. Nocturno.

Leſio V.

Ex libro ſecundo Dialogorum
 ſancti Gregorii Papae. c. 35.

ſum ſanctus vir Benedictus diu in ſolitudine
 virtutibus ſignisque ſuccreſcere, multi ab eo
 in eodem loco ad omnipotentis Dei ſer-
 vitium congregati, ita ut illi duodecim mo-
 naſteria cum omnipotentis Jeſu Chriſti ſomi-
 ni opitulatione conſtrueret, in quibus

statulis patribus duodenos monachos depu-
tauit; paucos uero secum retinuit, quos adhuc
in sua presentia aptius erudiri indicauit.
Cepere etiam tunc ad eum Romano urbis
nobiles et religiosi concurrere, suosque ei
filios omnipotenti Deo nutriendos dare.
Tunc quoque bono spei suas soboles, Equitius
Naurum, Tertullus uero Patricius Bla-
cidum tradidit: e quibus Naurus junior,
cum bonis polleret moribus, magistri ad-
jutor cepit existere; Placidus uero puerilis
adhuc indolis gerebat annos.

R. Adpropiate ad me indolti, et congrega-
te uos in domum disciplinae: * collum
uestrum subiucite iugo, et suscipiat anima
uestra disciplinam. * Simile paruulos,
et nolite prohibere eos ad me uenire. *
collum. Euli. 5j. Matth. 19.

Lectio VI. cap. 7.

Quadam uero die, dum idem venerabilis Bene-
dictus in cella confisteret, praedictus Placidus
puer, sancti uiri monachus, ad hauriendam
de lacu aquam egressus est: qui uos, quod te-
nuerat, in aquam incaute submisit, ipse
quoque cadendo secutus est. Quem mox unda
rapiuit, et pene ad unius sagitta cursum cum
a terra introrsus traxit. Vir autem Dei intra
cellam positus hoc protinus agnouit, et
Naurum festine uocauit dicens: Frater
Naurus, curre, quia puer ille, qui ad haurien-
dam aquam perexerat, in lacum cecidit,
jamque cum longius unda trahit. Res
mira, et post Petrum apostolum inuisitata!
Benedictione enim postulata atque percepta,
ad patris sui imperium comitatus perrexit
Naurus, atque usque ad eum locum, quo ab
unda deducebatur puer, per terram se ire

stimans super aquam cucurrit, eumque
capillos tenuit, rapido quoque cursu rediit.
Domine si tu es, iube me ad te venire super
aqua; et Jesus ait, veni. & descendensambu-
lavit super aquam. V. Nolite timere, quia redemi
et vocavi te nomine tuo; et flumina non
verient te. & et desc. Matth. 14. Eza. 413.

Lectio VII.

imox ubi terram tetigit, ad se reversus post
erga respexit, et quia super aquas cucurrit,
quod non potuit, et quod profumere non potuit, ut
ieret, mirabilis extremum factum. Reversus
aque ad patrem, rem gestam retulit. Vir autem
venerabilis Benedictus hoc non suis meritis,
divini obedientis deputare cepit, ab contra
Naurus pro solo eius imperio factum dicebat,
que consciunt in illa virtute non esse, quam
efficiens fecisset. Sed in hac multis humilitatis
mica contentione accepit arbiter puer,
qui ereptus est; nam dicebat: ego, cum ex aqua
traherem, super caput meum melolem abbatis
videbam, atque ipsum me ex aquis educere
considerabam.

Quis est hic, et laudabimus eum? & fecit
mirabilia in vita sua. V. In auditu auris
credidit mihi: propterea confitebor tibi &
laud. Luci. 11. Ps. 117.

Lectio VIII. ex brev. Paris.

um tandem in Galliam venit Naurus, gla-
rosolienese monasterium in Andegavenfium
colo sub titulo Salvatoris construxit. Postquam
ultra annis pluribus monachos ibi sanctif-
ime recepit, suscepto in locum suum Berthel-
o, plurimis virtutibus et miraculis insignis
nigravit ad Dominum, et in ea e quatuor
monasterii basilicis, que sancti Martini dice-
batur, sepelitus est. Anno autem Domini

Octingentesimo quadragesimo quinto, in hanc
 catione corporis eius, in tumulo membranula
 vetustissima reperta est, hoc continens verba:
 hic requiescit corpus Mauri monachi et le-
 vito, qui tempore Theodeberti regis in galliam
 venit, et octavo decimo Calendarum Februa-
 rium migravit a seculo.

R. Benedicam tibi, et multiplicabo semen
 tuum sicut stellas caeli: & quia obedisti voci
 meo. *V.* Sustollam te super altitudines terra,
 et cibabo te hereditate patris tui. & quia. *V.*
 gloria. & quia. *Gen. 22. Isa. 58.*

In III. Nocturno.

Cantica, Lectiones et *R.* de communi
 Monachorum.

Sequentia sancti evangelii
 secundum Mattheum. cap. xii.

In illo tempore: Respondens Petrus dixit:
 Domine, si tu es, iube me ad te venire super
 aquas. At ipse ait: veni. Et descendens Petrus
 de navicula ambulabat super aquam, ut
 veniret ad Jesum. Videns vero ventum vali-
 dum, timuit, et cum cepisset mergi clama-
 vit dicens: Domine, salvum me fac. Et
 continuo Jesus extendens manum appre-
 hendit eum, et ait illi: modico fidei quare
 dubitasti? Et cum ascendisset in naviculam,
 cepavit ventus. Qui autem in navicula erant,
 venerunt, et adoraverunt eum dicentes: vere
 Filius Dei es.

Ad laudes matutinas et horas. antiphona.

1. Filius sapiens letificat patrem: & mens
 iusti meditabitur obedientiam. *Prov. 15.*
2. Bonum est viro: & cum portaverit iugum ab
 adolescentia sua. *Thren. 3.*
3. Tollite iugum meum super vos: & mi-
 venietis requiem animabus vestris. *Matth. 23.*

Theſaurus deſiderabilis in habitaculo juſti: &
vir obediens loquetur victorias. Prov. 21.

ad Laud. In voce laudis immolabo tibi: & quo-
cumque vovi, reddam pro ſalute Domini. Jon. 2.

Lectio Euli. 51.

Cum adhuc junior eſſem, priusquam ober-
rare, quoſivi ſapientiam palam in oratione
mea: ante templum poſtulabam pro illa,
et uſque in noviffimis inquiram eam.

R. la. Lex Domini immaculata, & conver-
tens animas: Reſp.

V. Teſtimonium Domini fidele ſapientiam
proſans parvulis. & conver. Reſp.
Ps. 18.

Hymnus Clun.

1. Maure, qui Francis, moderante Chriſto,
Regula ſancto jubar altuliſti: &
Belle iam noſtras rutilans beato
Lumine noctes.

2. Ut novus geſtis Eliſeus opes,
Te ſui teſtem voluit triumphi
Aeter Elias, & radiante ſcandens
Tramite caelos.

3. Inde juſtorum meritis onuſtus
Spiritus Patris requieſcit in te: &
Esque virtutis ſpeculum paterno
Factus et heres.

4. In ſacro mortem, nova res, aſylo
Geſtiens quaris: & meritisque plenam
Claudis optatos moriens adanes
Hoſtia vitam.

5. Summe ſtellantis Dominator aethero,
Quem fides unum colit atque trinum: &
Supplices Mauri ſuperis clivantes
Inſere turris. amen.

V. In mari via tua, et ſemita tuo in aquis
mucis.

R. Et veſtigia tua non cognoſcentur. Ps. 76.

Ad Bened. ant. Dedit tibi Domine in mari
viam, et inter fluctus semitam firmi primam:
ostendens, quoniam potens es ex omnibus
salvare. Sap. 14.

Oratio clun.

Deus qui beatum Maurum non solum sa-
pientia precipiendi, sed etiam humilitate
obediendi illustrem reddidisti: profla quo-
sumus; ut eius imitatione subiecti invicem
in timore Christi, quasi filii obedientie
libera tibi charitate serviamus. Reverendum.
Et dicitur ad omnes horas, exceptis vespereis.

Ad Tertiam. Lectio Euli. 5j.

Ambulavit pes meus iter rectum, a juven-
tute mea investigabam sapientiam: incli-
navi modice aurem meam, et exegi illam:
multam inveni in me ipso sapientiam, et
multum profeci in ea.

V. Deus docuisti me a juventute mea:

R. Et usque in senectam et senium ne dere-
linquas me. Ps. 70.

Ad Sextam. Lectio Euli. 5j.

Collum vestrum subiicite iugo, et suscipiat
anima vestra disciplinam; in proximo
est enim invenire eam. Videte oculis vestris,
quia modicum laboravi, et inveni mihi
multam requiem.

V. Hoc requies mea in seculum seculi:

R. Hic habitabo, quoniam elegi eam. Ps. 131.

Ad Nonam. Lectio Euli. 5j.

Assumite disciplinam in multo numero
argenti, et copiosum aurum possidete in ea:
operamini opus vestrum ante tempus, et
dabit vobis mercedem vestram in tempore
suo.

V. Iudicia Domini vera iustificata in semet ipsis.

Et desiderabilia super aurum et lapidem
pretiosum multum. Ps. 18.

Ad II. Vesperas.

Antiphona ex Matutinis.

Lectio Ps. 58.

Si non facis vias tuas, et non inuenitur vo-
luntas tua, ut loquaris sermonem, tunc de-
lectaberis super Domino: et sustollam te super
altitudines terre, et cibabo te hereditate
patris tui.

Ps. lx. Delectare in Domino: et dabit tibi
petitiones cordis tui: Rep.

V. Revela Domino viam tuam, et spera in eo.
* et. v. gloria. Rep. Ps. 56.

Hymnus ex I. Vesperis.

V. In memoria eterna erit iustus.

R. Cornu eius exaltabitur in gloria. Ps. iii.

Ad Magnif. ant. Mortuus est pater eius, et
quasi non est mortuus; simile enim reli-
quit sibi post se: et in villa sua vidit, et letatus
est in illo. Eul. 30.

Deinde fit commemoratio S. Pauli confesso-
ris de communi.

Oratio Ann.

Deus, cuius gratia beatus Paulus prudenti
fuga salutis sue consulens, malis et faucibus
suis spoliari, quam Christo: praesumus, ut puri-
ficatis ab omni terrenorum cupiditate men-
tibus, te solo divites esse velimus. Per eundem.

Postea S. Marcelli C. M. de communi.

Oratio Sac. Greg.

Preces populi tui, que sumus Domine, clemen-
ter exaudi: ut beati Marcelli Martyris tui
etque Pontificis meritis adjuvemur, cuius
prospice laetamur. Per Dominum.

Die XVI. Ianuarii.

S. Pauli I. Eremita Confessoris.

Duplex O. lect.

Omnia de communi Confessorum.

Lectio prima cum suo R. de feria currente.

Lectio II.

Ex libro sancti Hieronymi presbyteri
de vita sancti Pauli primi Eremita.

Sub Decio et Valeriano persecutoribus, multas
apud Aegyptum et Thebaida caelestias tempe-
stas sava populata est. Paulus annorum
circa quindecim, mansueti animi, Deum
valde amans, ad montium deserta confu-
gias, dum persecutionis finem postulatetur,
reperit saxum montem, ad cuius radicem
hanc procul erat grandis spelunca. Adma-
te, quasi quod a Deo sibi offerretur, hali-
tacula omnem ibidem in orationibus
et solitudine duxit vitam. cibum et
vestimentum ei palma prebebat. cum
jam centum et tredecim annos vitam ce-
lestem ageret, et nonagenarius in alia
solitudine antonius moraretur, illi per
noctem revelatum est, esse alium, ad quem
visendum deberet proficisci. Dum in mutuos
miserantur amplexus, propriis salutare
nominiibus. Inter sermocinationes suspi-
ciunt corvum, qui integrum panem ante
mirantium ora deposuit. Postquam abse-
sum: cia, inquit Paulus, Dominus nobis
prandium misit, vere pius, vere misericors.
Sexaginta jam anni sunt, quod accipio dimidi-
semper panis fragmentum: verum ad adven-
tum tuum militibus suis Christus duplicavit
annonam. immolantes Deo sacrificium
laudis, noctem transgere vigiliis.
R. Recede hinc, et vade contra orientem, et
abscondere: de torrente biberis, & canis que procepi,
ut pascant de. V. facta super Dominum

Ex Clon.

uram tuam, et ipse te enultriet. & corvisque.
 3. Reg. 17. 67. 54.

Lectio III.

Cumque esset terra redditus dies, beatus Baulus
 ad Antonium sic locutus est: Tu mihi es a
 Domino, qui humo corpusculum meum regas;
 quam obrem, quae soperge, et pallium, quod
 tibi Athanasius Episcopus dedit, ad involuendum
 corpusculum meum defer. Antonius regressus
 vidit inter angelorum caeteras, inter Prophe-
 tarum et apostolorum choros nives Baulum
 candore fulgentem in sublime conscendere. In-
 trogressus speluncam, vidit genibus complica-
 tis erecta ceruice, extensisque in aethum manibus
 corpus exanime. Obuoluto et prolato foras
 corpore, hymnos et psalmos de Christiana tra-
 ditione decantans, deposito sancto corpore
 in fossam, de super humum congregans, tu-
 mulum ex more composuit.

R. Omnis, qui reliquerit domum, vel fratres,
 aut patrem, aut agros propter nomen meum:
 centuplum accipiet, et vitam aeternam possi-
 debit. V. Perfectio tua viro sancto tuo, qui
 dixit patri suo et matri suo; nescio vos: et fra-
 tribus ignoro vos. & centuplum. V. gloria.
 & centupl. Matth. 19. Deut. 33.

In Matutinis fit commemoratio S. Marcelli
 Papae M. de communi; oratio ut in I. Vesperis.
 Vespere de sequenti, cum memoria praecedentis.

Die XVII. Januarii.

S. Antonii abbatis.

Duplex d. lect.

Omnia de communi Monachorum.

Oratio Lun.

Deus cuius verbo foris sonante, et gratia
 intus movente excitatus Antonius, ut per-
 lectus esset omnia reliquit: da cunctis

evangelica perfectionis iter ingreſſis, ut nec
 retro reſpiciant, nec in via hæreant; ſed ad te
 ſine offenſione currentes vitam æternam,
 in qua vocati ſunt, & apprehendant. Per
 Dominum.

Leſio I. cum ſuo R. de feria corrente.

Leſio II.

Ex libro Sancti Athanaſii de vita
 Sancti Antonii.

Antonius nobilibus religioſisque parenti-
 bus natus, poſt illorum mortem cum eſſet
 annorum decem et octo, intravit eccleſiam,
 ubi tunc legebatur ex Evangelio: ſi vis per-
 ſectus eſſe, vade, vende omnia tua, et da
 pauperibus. quo audito ſtatim poſſeſſiones
 ſuas vendidit, et earum pretium non exi-
 guum indigentibus dedit. Erat in agro
 vicino ſenex ſolitarius, quem cum vidieſſet
 Antonius, cepit et ipſe in locis pago vicinis
 habitare: et ſiquem audiret alicubi degere
 ad virtutem ſtrenuum, hunc prudentis opus
 more perquirebat, volens ex ſingulis vir-
 tutes colligere, quos imitaretur. In caſtello
 deſerto viginti annis extra conſpectum
 hominum demoratus, inde quaſi ex cœ-
 leſti quodam adyto conſecratus apparuit,
 cum ad eum multi, eius proſopitum imi-
 tari cupientes, convenerunt. Beatis
 fratribus præcepta quodam, quibus in-
 ſtruerentur, hoc primum eſſe dixit, ut in
 arrepti proſopiti vigore nemo tamquam
 laſus deſiceret, ſed veluti incipiens ſemper
 ultra procederet: cum breviffima ſit humana
 vita, ſicut æternitate conferatur.

R. Fratres magis ſatagite, & ut per bona
 opera certam veſtram vocationem et elatio-
 nem faciatis. V. Videte, quomodo caute
 ambuletis, non quaſi inſipientes, ſed ut ſa-
 pientes. & ut per. 2. Pet. j. Eph. 5.

Lectio III.

Constantinus augustus cum liberis ad eum,
 quasi ad patrem scripsere. At ille acerbis mo-
 nachis dicebat: ne miremini, si ad vos scribat
 Imperator, homo cum fili, sed miramini potius,
 quod legem hominibus scripserit Deus, et per
 proprium Filium nobiscum locutus sit.
 Demones, quorum consiliis iam inde
 ab adolescentia frequenter laesus fuerat,
 vitis semper ac fugavit; et docens, quibus ar-
 mis superarentur: mihi credite, dicebat,
 fratres, pertimescit satanas piorum vigi-
 lias, orationes, jejunia, voluntariam
 paupertatem, misericordiam et humilitatem,
 maxime vero ardentem amorem in Christum,
 cuius unico sanctissimo crucis signo debili-
 tatus aufugit. Non tamen proximus in seralia
 monita, haec fratribus inculcavit: custodi-
 enda est pia fides in Christum, et patrum
 servanda traditio. Vixit annos quinque
 supra centum. Scripsit aegyptiace septem
 epistolas, quae in graecam linguam trans-
 latae sunt.

Ps. Bonae Dominus desertum eius quasi
 delicias, et solitudinem eius quasi hortum
 Domini. * gaudium et letitia invenietur
 mica, * gratiarum actio et vox laudis. V.
 Exuetabit solitudo, et florebit quasi lili-
 um. * gaudium. V. gloria. * gratiarum. Ps. 57. 35.
Vesperae de sequenti.

Die XVIII. Januarii.

Bonificatus seu cathedra Petri apostoli.

Duplex maius. 12. lect.

Ad I. Vesperas.

antiphona ex Matutinis.

Lectio 1. Cor. 1.

Quae selecta sunt mundi elegit Deus, ut confundat

Sapientes et infirma mundi elegit Deus, ut
confundat fortia: et ignobilia mundi et con-
tempnibilia elegit Deus, et ea, quae non sunt,
ut ea, quae sunt, destrueret, ut non glorietur
omnis caro in conspectu eius.

Ps. li. Suscitatus de pulvere egenum: et de ster-
core elevatus pauperem: Ps.

V. Ut sedeat cum principibus, et solium gloriae
teneat. et de ster. V. gloria. Ps. i. Ps. 2.

Hymnus Paris.

1. Rome commipas tibi Petre claves,
etiam tibi tradidit sua jura Christus: et
Quae polum claudunt, scelerum, precamur,
Vincula solve.

2. Primate sedes orientis oris
Extulit: amas tibi christianum
Obtinet nomen: et simul inde toto
Spargitur orbe.

3. Roma mox sortis melioris heres,
Exstitit mundi fideique centrum: et
Quam tuos, pastor pariterque martyr,
Sanguine claras.

4. Qui fidem Petro stabilem rogasti,
Ne finas, Jesu, vitubare nostram: et
Vita fac concors fidei sit omen
Dulce salutis.

5. Latius aeternum celebret Parentem
Orbis; aeternum celebret Parentis
Filium: et par sit tibi laus per omne
Spiritus eorum. amen.

V. Posui adjutorium in potente:

R. Et exaltavi electum de plebe mea. Ps. 88.

ad Magnif. ant. Vocabo servum meum, et
potestatem dabo in manu eius: et aperiet,
et non erit, qui claudat; et claudet, et non
erit, qui aperiat. Isa. 22.

Oratio Sac. Gelas.

Deus, qui beato Petro apostolo tuo collatis
clavibus regni caelestis, ligandi atque sol-
vendi Pontificium tradidisti: concede; ut
intercessionis eius auxilio a peccatorum
nostrorum nexibus liberemur. Qui vivis.

Unde fit commemoratio S. Pauli apostoli.

Ans. Qui operatus est Petro in apostolatum
circumcisionis: & operatus est et mihi inter
gentes. Gal. 2.

R. Eripies me de contradictionibus populi:

R. Constitues me in caput gentium. Ep. 14.

Oratio Sac. Greg.

Deus, qui multitudinem gentium beati
Pauli apostoli predicatione docuisti: da nobis
quosumus; ut cuius commemorationem
colimus, eius apud te patrocinia sentiamus.

Postea S. Antonii abbatii, de communi.

Denique S. Brisei V. M. de communi.

Oratio Sac. Greg.

Da, quosumus omnipotens Deus: ut qui
beato Briseo Virginis et Martyris tuo nata-
litiā colimus; et annua solemnitate cele-
bramus, et tanto fidei proficiamus exemplo.
Per Dominum.

Ad Vigiliās nocturnas.

Invit. Caput corporis Ecclesie Christum: &
venite adoremus. Eph. 5.

Hymnus Clau. Sautol.

Qualis potestas Petre, quis terris honos,
Cui iura ipse Christus concepit sua! &
Quisquid ligabis equis, et solves solo,
Hoc et ligabit, solvet et caelo Deus.

Interrogato cordis affectu tui,
Suum Redemptor, credidit tibi gregem: &

affilius et nos, Petre, pars gregis sumus.
Tua tuere, pascere, serva nos prece.

3. Patri perenne sit per ævum gloria,
Tibi que laudes totus orbis concinat &
Æterne date; splendor æterni Patris;
Compar sit almo laus decusque Flamini.

amen.

In I. nocturno.

Antiphona et versus nocturnorum de
communione Pontificum.

Lectioes quatuor cum suis R. de scrip-
tura et feria currente.

In II. nocturno.

Lectio V.

Sermo sancti Leonis Papæ.

Serm. 5. in assumpt. annivers.

Religiosum atque laudabile est, dilectis-
simi! ut unum celebretur in toto ecclesie
corpore Pontificii sacramentum, quod ef-
fuso benedictionis unguento copiosius quidem
in superiora profluxit, sed non parum etiam
ad inferiora descendit. Utile ac dignum est,
ad beatissimi Petri apostoli gloriam con-
templandam, aciem mentis attollere, et hunc
diem in illius potissimum veneratione
celebrare, qui ab ipso omnium charismatum
fonte tam copiosis est irrigationibus mun-
datus, ut cum multa solus acciperet, nihil
iniquamquam sine illius participatione
transferit.

R. II. et III. nocturni de communione Pontificum.

Lectio VI.

De toto mundo Petrus eligitur, qui uni-
versarum gentium vocationi, et omnibus
Apostolis, cum hisque ecclesie patribus pro-
ponatur: ut quamvis in populo Dei multi

laudes sint, omnes tamen proprie regat
 Petrus, quos principaliter regit et Christus.
 Magnam et mirabilem dilectissimi! huic
 viro consortium potentia suo tribuit divina
 dignatio: et si quidem cum ceteris
 voluit esse principibus, nunquam nisi per
 ipsum vedit, quidquid aliis non negavit.

Lectio VII.

Ubi, quid habeat sensus discipulorum, exi-
 gitur, primus est in Domini confessione:
 Tu es Christus Filius Dei vivi. Hanc confes-
 sionem porte inferi non tenebunt, mortis
 vincula non ligabunt; vox enim ista vox
 vitæ est. Et sicut confesores suos in caelestia
 provehit, ita negatores ad inferna demergit.
 Propter quod dicitur beatissimo Petro: tibi
 dabo claves regni caelorum; et quocumque
 ligaveris super terram, erunt ligata et in
 caelis; et quocumque solveris super terram,
 erunt soluta et in caelis.

Lectio VIII.

Transiit quidem in alios apostolos ius
 potestatis illius, et ad omnes ecclesie principes
 decreti huius constitutio committitur: sed
 non frustra uni commendatur, quod omni-
 bus intimitur. Petro enim ideo hoc singu-
 lariter creditur, quia cunctis ecclesie redon-
 bus Petri forma proponitur. Manet ergo
 Petri privilegium, ubicumque ex ipsius
 fertur equitale iudicium: nec nimia est
 vel severitas vel remissio, ubi nihil erit
 ligatum, nihil solutum, nisi quod beatus
 Petrus aut solverit aut ligaverit.

In III. nocturno.

Cantica et V. De communi Pontificum.

Lectio IX.

De epistola prima beati Petri apostoli.

cap. 2.

Deponentes omnem malitiam et omnem dolum et simulationes, et invidias, et omnes detractiones, sicut modo geniti infantes, rationabile sine dolo lac concupiscite, ut in eo crescatis in salutem: si tamen gustastis, quoniam dulcis est Dominus. ad quem accedentes lapidem vivum, ab hominibus quidem reprobatum, a Deo autem electum et honorificatum, et ipsi tanquam lapides vivi superedificamini, domus spiritalis, sacerdotium sanctum, offerre spirituales hostias, acceptabiles Deo per Jesum Christum.

Lectio X.

Propter quod continet scriptura: eae pono in sion lapidem summum angularem, electum, pretiosum; et qui crediderit in eum, non confundetur. Vobis igitur honor credentibus; non credentibus autem lapis, quem reprobaverunt edificantes, huius factus est in caput anguli, et lapis offensionis, et petra scandali his, qui offendunt verbo, nec credunt, in quo et positi sunt. Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis: ut virtutes annuntietis eius, qui de tenebris vos vocavit in admirabile lumen suum: qui aliquando non populus, nunc autem populus Dei: qui non consecuti misericordiam, nunc autem misericordiam consecuti.

Lectio XI. cap. 3.

Seniores ergo, qui in vobis sunt, obsecro consenior et testis christi passionum, qui et eius, quo in futuro revelanda est gloria

communicator: pascite, qui in vobis est, gre-
gem Dei, providentes non coacte, sed spontanea
secundum Deum; neque turpis luti gratia,
sed voluntarie: neque ut dominantes in clericis,
sed forma facti pregrati ex animo. Et cum ap-
paruerit princeps pastorum, percipietis
inmarcescibilem glorie coronam.

Lectio XII.

Similiter adolescentes subditi estote senioribus,
omnes autem invicem humilitatem infirmate,
quia Deus superbis resistit, humilibus autem
datur gratiam. Humiliamini igitur sub potenti
manu Dei, ut vos exaltet in tempore visita-
tionis: omnem sollicitudinem vestram proci-
dentes in eum, quoniam ipsi cura est pro
vobis. Sobrii estote et vigilate, quia adver-
sarius vester diabolus tanquam leo rugiens
circum quarens, quem devoret, cui resistite
fortes in fide: scientes, eandem passionem
et, que in mundo est, vestre fraternitati fieri.
Deus autem omnis gratie, qui vocavit nos
in eternam suam gloriam in Christo Jesu,
modicum passus ipse perficiet, confirmabit,
solidabitque: ipsi gloria et imperium in
secula seculorum. amen.

Sequentia sancti Evangelii secundum
Matthaeum. cap. 16.

In illo tempore: Venit Jesus in partes Cesarea
Philippi, et interrogabat discipulos suos
dicens: quem dicunt homines esse Filium
hominis? At illi dixerunt: alii Joannem
Baptistam, alii autem Eliam, alii vero Jere-
miam, aut unum ex prophetis. Dixit illis
Jesus: vos autem quem me esse dicitis? Re-
spondens Simon Petrus dixit: Tu es Christus
Filius Dei vivi. Respondens autem Jesus
dixit ei: beatus es Simon Bar-Jona, quia

90.

caro et sanguis non revelavit tibi; sed pater
meus, qui in caelis est. Et ego dico tibi: quia
tu es Petrus, et super hanc petram edifica-
bo ecclesiam meam; et portae inferi non
prevalent adversus eam. Et tibi dabo
claves regni caelorum. Et quodcumque
ligaveris super terram, erit ligatum et
in caelis: et quodcumque solveris super
terram, erit solutum et in caelis.

Ad laudes Matutinas et horas. antiphona.

1. Antiphona ad Simonem Jesus: noli timere; et ex hoc
iam homines eris capiens. Luc. 8.
2. Tu es Petrus, et super hanc petram edi-
ficabo ecclesiam meam; et portae inferi
non prevalent adversus eam. Matth. 16.
3. Tibi dabo claves regni caelorum; et quod-
cumque ligaveris super terram, erit li-
gatum et in caelis. ib.
4. ad laud. Dicit Jesus Simoni Petro: et pascere
oves meas. Joan. 21.
5. Ego rogaui pro te, ut non deficiat fides
tua; et tu aliquando conversus confirma
fratres tuos. Luc. 22.

Lectio act. 15.

Deus in nobis elegit per os meum audire gen-
tes verbum euangelii, et credere: et qui novit
corda deus, testimonium perhibuit, dans
illis spiritum sanctum.

R. br. Confitemini Domino, et invocare
nomen eius: Rep.

V. Annuntiate inter gentes operacius. et.
R. gloria. Rep. Ps. 104.

Hymnus brev. Rom.

1. Beate pastor Petre, clemens auipe
Voces precantium, criminumque vincula
Verbo resolve: et cui potestas tradita
Aperire terris coelum, aperitum claudere.

Sit Trinitati sempiterna gloria,
 Honor, potestas, atque jubilatio:
 In unitate, que gubernat omnia,
 Per universa eternitatis secula. amen.

V. Manus mea auxiliabitur ei,
 R. Et brachium meum confortabit eum. Ps. 88.

Ad Bened. ant. Surge Petre, occide et man-
 tua: quod Deus purificavit, tu commune
 ne dixeris. Act. 10.

Oratio ut ad 1. Vesperas.

Deinde fiunt commemorationes de S. Paulo
 Apostolo, et S. Brista v. M. ut supra ad 1. Vesperas.

Ad Tertiam. Lectio Esa. 53.

Oculi tui videbunt Jerusalem habitationem
 opulentiam, tabernaculum quod nequaquam
 transferri poterit; nec auferentur clavi eius in
 sempiternum, et omnes funiculi eius non rum-
 pentur: quia solummodo illi magnificus est
 Dominus noster.

V. Lauda Jerusalem Dominum:
 R. Quoniam confortavit seras portarum tua-
 rum. Ps. 147.

Ad Sextam. Lectio Esa. 22.

Eril in die illa: vocabo seruum meum, et dabo
 clavem domus David super humerum eius:
 et aperiet, et non erit, qui claudat; et claudet,
 et non erit, qui aperiat; et figam illum paxil-
 lum in loco fideli.

V. Veritas mea et misericordia mea cum ipso:
 R. Et in nomine meo exaltabitur cornu eius. Ps. 88.

Ad Nonam. Lectio Jer. 15.

Convertam te, et ante faciem meam stabis;
 et si separaveris pretiosum a vili, quasi os
 recum eris: convertentur ipsi ad te, et tu non
 converteris ad eos, et bellabunt adversum te,
 et non prevalebunt, quia ego tecum sum in sal-
 tem te et eruum te, dicit Dominus.

v. Paratum cor eius sperare in Domino:
R. confirmatum est cor eius, non commovebitur.
Ps. iiii.

Ad II. Vesperas.

Omnia ut in I. praeter sequentia.

Lectio Eccli. 45.

Factum est illi in testamentum aeternum, et
semini eius sicut dies caeli, fungi sacerdotio,
et habere laudem, et glorificare populum
suum in nomine eius: et dedit illi in pre-
ceptis suis potestatem, in testamentis iudi-
cium, docere Jacob testimonia, et in lege
sua lucem dare Israel.

R. Exaltemus eum * in ecclesia plebis: Dep.

v. Et in cathedra seniorum laudent eum.

* in vul. v. gloria. Dep. Ps. 106.

v. Sacerdotes eius induam salutaris.

R. Et sancti eius exultatione exultabunt. Ps. 131.

Ad Magnif. ant. Excelsum fecit eum Dominus,
et dedit illi sacerdotium gentis: * et beatifi-
cavit illum in gloria. Luli. 45.

Deinde fit commemoratio S. Pauli aposto-
li, et sequentis.

Die XIX. Ianuarii.

S. Hilarii episcopi Doctoris.

Duplex D. lect.

Omnia de communi Doctorum.

Oratio Cun.

Presta, que sumus, omnipotens Deus: ut
excellendam veritatem, quam beatus Hi-
larius aperuit, et convenienter intelligere
valeamus, et veraciter profiteri. Per eundem
Dominum.

Lectio I. cum suo R. de feria currente.

Lectio II.

Ex eius scriptis, aliisque script. eales.

Hilarius Bilavis in Gallia nobiligenere natus, cum etate matura in catholica et subs-
 tantialis fide renatus esset, hanc ita didicisset ac
 tenuisset, ut aliter credere se nec posse, nec velle
 constanter aspereret. Electus Bilavorum
 episcopus tanquam firmissimum murum
 Arianis se fortiter opposuit, unde a se a
 Saturnini arelatensis communione se junxit.
 quare huius artibus a synodo Biterrensi in
 Phrygiam relegatus est. Et in exilio libros de
 Trinitate duodecim, et unum de synodis con-
 scripsit. Conclamata vero fidei causa in conci-
 lio Seleuciensi et Arimineni, extremum
 fidei discrimen animadvertens Impera-
 toris Constantii audientiam proposuit, ut
 coram ipso de fide cum Arianis disputaret.
 Annuente Constantio libellum edidit, quo
 Arianorum impietatem, fraudibusque
 ac mendaciis delusam Principis religionem
 ostendens, ipsum enixe rogabat, ut natalis
 fidei integritatem restitueret. Sed Arianorum
 factionibus effectum est, ut quasi discordia
 fomes et perturbator Orientis, manente
 tamen exilii poena, redire ad Gallias iuberetur.

R. Dixerunt: circumueniamus iustum, quo-
 niam inutilis est nobis, et contrarius est ope-
 ribus nostris: * impropereat nobis peccata
 legis, et diffamat in nos peccata disciplinae
 nostrae. v. Gravis est nobis etiam ad videndum,
 quoniam dispimilis est alius vita illius. *
 impropereat. Sap. 2.

Lectio III.

Tunc Hilarium e proelio haereticorum rever-
 tentem, inquit Hieronymus, Galliarum
 ecclesia complexa est. Bilavos reversus,
 frequentibus intra Gallias coactis conciliis,
 et per epistolas egit, ut defecta synodi Arimi-

mensis fraude, ea, que ibi gesta fuerant, ab omnibus condemnarentur episcopis, et sic Galli ab heresis contagione immunes conservarentur. In Italia quoque et Illyrico instaurandis ecclesiis cum sancto Iulio Veracellensi allaboravit. Demum in numeris ad Catholicam fidem tuendam laboribus perfundus, multisque editis miraculis conspicuus, Britannis obiit. Valentiniano et Valente Imperatoribus. Quos scripsit libros, inoffenso pede decurri, pope, auctor est sanctus Hieronymus ad Leticiam scribens; qui et testatur, tantum virum, et confessionis merito, et vite industria, et eloquentia claritate, ulicumque Romanorum nomen esse predicari.

R. Scio tribulationem tuam; blasphemaris ab his, qui sunt synagoga salamo; nihil horum metuas, quia pasciturus es: et esto fidelis usque ad mortem, et dabo tibi coronam vite. *V.* Usque ad mortem certa pro iustitia, et Deus expugnabit pro te inimicos tuos. *R.* esto. *V.* gloria. *R.* esto. *Apo. 2. Euli. 4.*
 Vespero de sequenti, commemoratio precedentis.

Die XX. Januarii.

S. Fabiani et Sebastiani Martyrum.

Duplex maius. jr. lect.

Omnia de communi plurimum Martyrum.

Oratio Sac. Greg.

Deus qui beatos Martyres tuos Fabianum et Sebastianum virtute constantie in passione roborasti: ex eorum votis imitatione tribue pro amore tuo prospera mundi despicere; et nulla eius aduersa formidare.

Per Dominum. In I. nocturno.

Lectioes quatuor cum suis G. R. de scriptura et feria currente.

Lectio V.

Ex Eusebii hist. eccl. l. 6. aluzque.

Fabianus post mortem Antleri ad pontificatum proter omnium expectationem divinitus vocatus est. Nam, ut refert Eusebius, cum de electione Romani pontificis ageretur, ac nemo de Fabiano cogitaret, columbae sublimi delapsa repente capiti eius in sedipe fixa. Quo spectaculo permoti omnes simul exclamare ceperunt, Fabianum dignum esse, statimque pontificali cathedra imposuerunt. Per litteras acriter reprehendit Privatum hereticum, in concilio nonaginta episcoporum Africanorum ob multa et gravia delicta condemnatum.

Lectio VI.

Ad ipsum Origenes epistolam de sua fide conscripsit. Papsus est autem in persecutione decii. Decius agane sanctus Cyprianus per epistolam cleri Romani certior factus sic rescripsit. Plurimum gratulor, quod eius memoria tam celebri et illustri testimonio prosequamini, ut et per vos innolescat nobis, quod et vobis esse circa Propositi memoriam gloriosum, et nobis quoque fidei ac virtutis probet exemplum. etiam quantum perniciose res est ad sequentium lapsum ruina Propositi: in tantum contra utile est et salutare, cum se episcopus per firmamentum fidei fratribus probet imitandum.

Lectio VII.

Sermo sancti Ambrosii episcopi.
expof. in ps. 118.

Non unus persecutor est, multos ministros habet, sed non te terreat. Per multas enim tribulationes oportet nos introire in regnum Dei. Si multo persecutiones, multo probationes, ubi multo corona, multa certamina.

Tibi ergo proficit, quod multi persecutores
sunt; ut inter multas persecutiones facilius
inuenias, quem ad modum coroneris. Ulla
mur exemplo sancti Sebastiani martyris,
cuius hodie natalis est. Hic Mediolanensis
oriundus est. Fortasse aut jam discesserat
persecutor, aut adhuc non venerat in hoc
partium, aut mitior erat. Adversus hic aut
nullum esse, aut tepere certamen. Romam
profectus est, ubi propter fidei studium per-
secutionis acerba fervebant: ibi passus
est, hoc est, ibi coronatus. Et tunc illic,
quo hospes advenit, domicilium immorta-
litalis perpetuo collocavit.

LECTIO VIII.

Si unus persecutor fuisse, coronatus hic
martyr utique non fuisse. Sed quod peius,
non hi solum persecutores sunt, qui viden-
tur, sed etiam qui non videntur; et multo
plures persecutores. Sicut enim unus perse-
cutor rex multis persecutionis precepta
mittit, et per singulas vel civitates vel
provincias erant diversi persecutores: ita
etiam diabolus multos ministros suos diri-
git, qui non foris tantum modo, sed etiam
intus faciunt persecutiones in animis singu-
lorum. De his dictum est persecutionibus.
Omnes, qui volunt sic vivere in Christo
Jesu, persecutionem patiuntur. Omnes
dixit, nullum excepit. quis enim exceptus
potest esse, cum ipse Dominus persecutionum
tentamenta toleraverit.

In III. et octavo lectiones de communi.

Evangelium: Descendens Jesus de monte.

In vespere commemoratio sequentis de
communi. oratio ut infra.

Die XXI. Januarii.

S. Agnetis Virginis et Martyris.

Duplex S. lect.

Omnia de communi prater sequentia.

Oratio Sac. Greg.

Omnipotens sempiternus Deus, qui infima mundi eligis, ut fortia quoque confundas: concede propitius; ut qui beato Agnetis Virginis et Martyris tuo solemniter colimus, eius apud te patrocinia sentiamus. Per Dominum.

Lectio I. cum suo Ps. De feria currente.

Lectio II.

Sermo sancti Ambrosii Episcopi.

ad Marcellin. soror. c. 2. nov. ed.

Hodie natalis est sanctae Agnes, mirentur viri, non desperent parvuli; stupescant nuptae, imitentur innuptae. Hoc duodecim annorum martyrium fecisse traditur. Quod delectabilior crudelitas, quo nec minuscula pepercit etate: immo magna vis fidei, quo etiam ab illa testimonium invenit etate. Fuitne in illo corpusculo vulneri locus? et quo non habuit, quo ferrum recipere, habuit, quo ferrum vincere. Hoc inter cruentas carnificum impavida manus, hoc stridentium gravibus immobilis trabibus calenarum, nunc furentis mucroni militis totum offerre corpus, mori adhuc nescia, seu parata: vel si ad aras invita raperetur, tendere Christo inter ignes manus, atque in ipsis sacri legis focis tropaeum Domini signare victoris: nunc ferratis calce manusque ambas inferere nexibus: sed nullam tenacia membra poterat nexibus includere. Ps. Vivit Dominus, quoniam custodivit me angelus eius: et non permisit me Dominus

ancillam suam conquinari. V. Invocavi
 Dominum Patrem Domini mei, ut non derelinquat me sine adiutorio. * et non. judith. 13.
Euli. 51.

Lectio III.

Novum martyrii genus! nondum idonea
 pœno, et iam matura viatoris: certare dif-
 ficilis, facilis coronari. Quanto terrore egit
 carnifex, ut timeretur; quantis blanditiis,
 ut suaderet; quantorum vota, ut sibi ad-
 nuptias proveniret? At illa: At hoc sponsi
 iniuria est, expectare placiturum. Qui me
 sibi prior elegit, accipiet. Quid percupor
 moraris? Vereat corpus, quod amari potest
 oculis, quibus nolo. Stetit, oravit, cervicem
 inflexit. Cerneret trepidare carnificem,
 quasi ipse adductus fuisset. Tremere percupo-
 ris dextram, pallere ora alieno timentis
 periculo, cum puella non timeret suo. Habe-
 tis igitur in una hostia duplex martyrium,
 pudoris et religionis. Et virgo permansit,
 et martyrium obtinuit.

Ps. Ad te Domine faciem meam converto, ad
 te oculos meos dirigo; tu sis Domine: * quia
 mundam servavi animam meam ab omni
 concupiscentia. V. Liberaisti corpus meum
 a perditione, et in conspectu adstantium
 factus es mihi adiutor. * quia. V. gloria.
 * quia. Job. 3. Euli. 51.

Vespero de sequenti, commemoratio pro-
cedentis.

Die XXII. Januarii.

S. Vincentii Levite et Martyris.

Festivitas II. clavis. 12. lect.
cum octava minore.

Ad I. Vesperas.

Antiphona ex Matutinis.

Lectio j. cor. 13.

Si distribuero in cibos pauperum omnes
 facultates meas, et si tradidero corpus meum,
 et ut ardeam, charitatem autem non habue-
 ro, nihil mihi prodest.

R. Diligam te Domine & fortitudo mea:
 V. Dominus firmamentum meum, et li-
 berator meus. & fort. Ps. 17.

Hymnus Santolii.

1. Adeste Christi milites,
 Invicta pœnis pectora: &
 Hunc laudibus fortissimum
 Christi sonate militem.

2. Dei pugil Vincentius
 Tormenta que non pertulit! &
 Per mille mortes multiplex
 Oblata Christo victima.

3. Duris ligatur funibus,
 Corpus rotis profunditur: &
 Secant adunci pectines,
 Vivoque dant longum mori.

4. Compage rupta corporis
 Divulsusque frangitur: &
 In crate sensus ferrea
 Lentis crematur ignibus.

5. Tormenta cedunt Martyri,
 Dum nescit illis cedere: &
 Ipsisque vel loquentibus
 Fortius triumphat fortior.

6. Sic Christe, robur Martyrum,
 Certare das, das vincere: &
 Quos dum coronas, tu tua
 Agnus coronas munera. amen.

7. In Deo speravi:
 R. et non timebo, quid faciat mihi homo. Ps. 55.

Ad Magnif. ant. Nolite timere, cum ambu-
 laveris in igne, non combureris: & et flam-
 ma non ardebit in te. Ps. 43.

Oratio Sac. Greg.

Adesto Domine supplicationibus nostris: ut
qui ex iniquitate reos nos esse cognoscimus;
beati Vincentii Martyris tui intercessionem
liberemur. Per Dominum.

Ad Vigiliis nocturnas.

Inuit. Deum patientia et solatio venite
adoremus. Rom. 15.

Hymnus Crudeatii.

1. Beate Martyr, prospera
Dnem triumphalem tuum: x
Quo sanguinis merces tibi
Corona, Vincenti, datur.
2. Hunc cum tyrannus sociens
Prociudus aliis legibus x
Lilare divo gentium
Ferro et catenis cogeret.
3. Exclamat hic Vincentius
Levita de tribu sacra, x
Minister altaris Dei,
Verbique proo duminis.
4. Vox nostra quo sit, accipe:
Est Christus et pater Deus: x
Servi huius et testes sumus:
Ex torque si potes, fidem.
5. Tormenta, carcer, unguento,
Stridensque flammis lamina: x
Ac ipsa paenarum ultima
Mors Christianis ludus est.
6. O terne Tu verbi pater,
O terne Fili par patri, x
Et par utriusque spiritus,
Tibi Deus sit gloria, amen.

Antiphona et versus nocturnorum de
communi unius Martyris.

In I. nocturno.

Lectiones quatuor cum suis R. N. de feria currente.

In II. et octavo.

Lectio V.

Epistola sancti Vincentii Leuitae.
ex actis sinceris apud Ruinarum.

Vincentius a Valerio Caesaraugusto civitatis
antistite diaconus ordinatus, ab eodem
Praefule, qui erat lingue impeditioris, ver-
bi ministerium accepit. In episcopos pres-
biteros ac presbyteros, ceterosque sacri ordinis
ministros sociante Diocletiani et Maximia-
ni persecutione, Dacianus praefes Vincentium
cum Valerio Valentianum in Hispania vine-
tium adduci procepit. Vincentius coram pro-
fide pro se ac pro episcopo verba faciens, cum
summa fiducia christianam fidem professus
est. Itaque Valerius in exilium mittitur,
Vincentius autem vinculis rehortis brachiis
in equules extensus est, donec ossa sedibus suis
singula moverentur: at defatigata litorum
manus, dum per sancti latera pendebat, viri-
ta deficit.

Ep. Universa, quaecumque mandavero tibi,
loqueris: ne timeas a facie eorum: quia
tecum ego sum, ~~et servante te.~~ V. Invoca me
in die tribulationis; et erui te, et honorifi-
cabis me. quia. Jer. i. Pf. 119.

N. Bellabunt adversum te, et non provalent. *
Quia tecum ego sum.

Lectio VI.

Mox ferreis unguis semel atque iterum
excarnificatus est. subridens autem Vincen-
tius ad Dacianum dixit: Dominum Jesum Chri-
stum confiteor, filium ac legitimum Patris, unicum
unicum, ipsum cum Patre et spiritu sancto
unum solum Deum esse profiteor. Sed torque-
re confitentem, nec a meo, obsecro,
pena ceperis: ut vel sic populo probatam sus-
cipere veritatem, eiusque me inseparabi-
lem agnoscere confiteorem. Hinc ex equules
assumptus Vincentius craticula subiectis

ardentibus prunis imponitur: torquetur,
flagellatur, exurit, applicantur pectori et
membris lamina ignita, et decurrente inter
ipso candente feri acies liquore, stridens flam-
ma arvina respergitur, vulnera vulneribus
infliguntur, salis ignibus parsi crepitan-
tes minutis per membra dissiliunt, et jam ad
ipsa viscerum abdita suppliciorum tela in-
ciuntur. Interea manet Dei seruus immobilis,
et erectus in caelum oculis Dominum proca-
batur.

De. Domine, qui habes sanctam scientiam,
manifeste tu scis, quia duos corporis sustines
dolores; & secundum animam veros, propter
timorem tuum libenter hoc patior. V. Galion,
sed non confundor; scio enim, cui credidi.
P. propter. 2. Mach. 6. 2. Tim. 1.

Lectio VII.

Post hoc in carcere caeco ac testaceis fragmentis
strato distenditur, ut testarum aculei vul-
nerum dolorem exasperarent. Verum illu-
strato caelitus carcere angelorum fovetur
obsequio, alloquio mulcetur, solutis nexibus
deambulans psallit, consonat voci angelico
modulata suavitas: quod per rimas custodes
carceris conspicientes et stuprefactis relicto
gentilitatis errore, Christiana religioni
fideliter se dedunt. Eductus inde Vincentius
mollia culitra imponitur, ut aliquantulum
recreatus, rarius denuo torqueretur: sed
preliosam resolutus in mortem caelo spiri-
tum reddidit. Corpus eius cum projectum
esset in humatum, cornus et a volucribus
et a lupo, unquibus, rostro, alis mirabiliter
resendit. Quare cognita Tacianus in solum
culeo saxoque illigatum in mare demergi
jubet: sed inde etiam vivitibus eiectione
ad litus Christiani sepeliunt.

R. Scio opera tua et laborem et patientiam tuam. et quia sustinuisti propter nomen meum, et non defecisti. V. Esto fidelis usque ad mortem, et dabo tibi coronam uitae. et quia. apoc. 2.

Lectio VIII.

Sermo sancti Augustini Episcopi.

Serm. 246.

Quo hodie regio, quove provincia uel, quousque uel Romanum imperium, uel Christianum nomen extenditur, natalem non gaudet celebrare Vincentii diaconi? quis autem hodie uel nomen Iaciani audivit, nisi Vincentii passionem legisset? quod uero tanta cura seruauit Dominus Martyris corpus, quid aliud demonstrauit, nisi se gubernasse uidentem, quem non reliquit exanimem? Uicitergo Iacianum uivens Vincentius, uiciter mortuus. Uivens tormenta calcavit, mortuus maria transiit. Sed ipse inter undas gubernauit cadaver extinctum, qui inter ungulas animum donauit inuictum. Non flexit flamma tortoris cor eius, non meris aqua maris corpus eius. Sed in his et huiusmodi omnibus nihil est aliud, nisi pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius: cui est honor et imperium in secula seculorum. Amen.

R. Non recedet memoria eius, et nomen eius requiretur a generatione in generationem. V. Memoria iustorum laudibus, et nomen impiorum putrescet. + nomen. V. gloria. + nomen. Iul. 59. Prov. 10.

In III. octobris.

ant. Confitebor tibi Domine, quia liberasti

V. Qui uigerit, ero illi Deus, et ille erit mihi filius. + Et nomen. Gloria. + A generatione. Apoc. 21.

me a preputura flamme, que circumdedit me. *
 Et in medio ignis non sum estuatus. Ecli. 5j.

Cantica de communi, ubi et v.

Lectio IX.

De epistola prima beati Pauli
 apostoli ad Timotheum. cap. 4.

In hoc laboramus et maledicimur, quia
 speramus in Deum vivum, qui est salvator
 omnium hominum, maxime fidelium.
 Precipe hoc et doce. Nemo adolescentiam
 tuam contemnat; sed exemplo esto fidelium,
 in verbo, in conversatione, in charitate, in
 fide, in castitate. Dum venio, attende lectio-
 ni, exhortationi et doctrinae. Noli negligere
 gratiam, que in te est, que data est tibi per
 prophetiam cum impositione manuum
 presbyterii. Hoc meditare, in his esto, ut
 profectus tuus manifestus sit omnibus. At-
 tende tibi et doctrinae, infla in illis. Hoc
 enim faciens et te ipsum salvum facies,
 et eos, qui te audiunt.

R. Certamen forte dedit illi Dominus, * ut
 vinceret, et sciret, quoniam omnium po-
 tentior est sapientia. v. confortatus est
 fide, dans gloriam Deo. 4. ult. Sap. 10. Rom. 4.

Lectio X. cap. 6.

Seclare iustitiam, pietatem, fidem, charita-
 tem, patientiam, mansuetudinem. Certa-
 lionum certamen fidei, apprehende vitam
 eternam, in qua vocatus es, et confessus bo-
 nam confessionem coram multis testibus.
 Precipio tibi coram Deo, qui vivificat omnia,
 et Christo Jesu, qui testimonium reddidit sub
 Pontio Pilato, bonam confessionem: ut servas
 mandatum sine macula, irreprehensibile
 usque in adventum Domini nostri Jesu Christi.

R. Confortare et esto robustus, & Dominus
ipse erit tecum, non dimittet, nec derelinquet
te. V. Ne timeas irruentes tibi potentias
inimicorum; Dominus enim erit in caetero tuo.
& Dominus. Deut. 51. Prov. 9.

Lectio XI.

De epistola secunda. cap. 2.

Tu ergo fili mi confortare in gratia, quo est
in Christo Jesu: ut quo audisti a me per multos
litteras, haec commenda fidelibus hominibus,
qui idonei erunt et alios docere. Labora si-
cut bonus miles Christi Jesu. Nemo militans
Deo implicat se negotiis secularibus: ut ei
placeat, cui se probavit. Et amel qui certat
in agone, non coronabitur, nisi legitime
certaverit.

R. Usque ad mortem certa pro iustitia & etc.
Deus expugnabit pro te inimicos tuos. V.
Non timebis eos, quia Dominus Deus tuus
in medio tui est. & Deus. Euli. 11. Deut. 4.

Lectio XII.

Memor esto Dominum Jesum Christum
resurrexisse a mortuis ex semine David, se-
cundum Evangelium meum, in quo laboro
usque ad vincula, quasi male operans: sed
verbum Dei non est alligatum. Pro omnia
sustineo propter electos, ut et ipsi salutem
consequantur, quo est in Christo Jesu cum
gloria caelesti. Fidelis sermo: nam si com-
mortui sumus, et conuiuemus: si sustine-
bimus, et conregnabimus.

R. Dominus mihi afflavit, et confortavit
me: & liberavit me Dominus ab omni opere
malo, et salvum faciet in regnum suum
caeleste. V. Propterea confitebor et laudem
dicam, et benedicam nomini Domini. &
liberavit. V. gloria. & liberavit. 2. Tim. 4.
Euli. 51.

Sequentia Sancti Evangelii
 secundum Joannem. cap. 12.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis:
 amen, amen dico vobis, nisi granum frumen-
 ti cadens in terram, mortuum fuerit, ipsum
 solum manet. Si autem mortuum fuerit,
 multum fructum afferet. qui amat animam
 suam perdet eam, et qui odit animam suam
 in hoc mundo, in vitam eternam custodit
 eam. Si quis mihi ministrat, me sequatur,
 et ubi sum ego, illi et minister meus erit.
 Si quis mihi ministraverit, honorificabit
 eum pater meus.

Ad laudes matutinas, et horas. antiphona.

1. Fortis est ut mors dilectio: & lampades eius
 lampades ignis atque flammarum. cant. 8.
2. Fortitudo simplicis via Domini: & iustus
 in eternum non commovebitur. Prov. 10.
3. Subtus gloriam eius succensa ardebit,
 quasi combustio ignis: & erit lumen Is-
 rael in igne, et sanctus eius in flamma. Ps. 10.
4. Protegetur sub tegmine illius a feroore: &
 et in gloria eius requiescet. Prov. 34.
5. ad laud. Laudate Dominum: & quia libera-
 vit animam pauperis de manu malorum. Jer. 20.

Lectio Job. 23.

Probarit me Dominus quasi aurum, quod
 per ignem transit: vestigia eius secutus est
 pes meus, viam eius custodivi, et non declinavi
 ex ea: a mandatis labiorum eius non recepi,
 et in sinu meo abscondi verba oris eius.

R. la. Proba me Deus, et scito cor meum: &
 cognosce semitas meas:

V. Et vide, si iniquitas in me est. Ps. 138.

Hymnus Prudentii.

1. Ventum ad palestham glorio,
 spes certat et crudelitas: &

Luctamen anceps conferunt
Hinc Martyr, illinc carnifex.

2. Serrata lectum regula

Fente frequenti exasperat. x
Cui multa carbonum flues
Vivum vaporat halitum.

3. Hunc fronte conscendit rogem
Vir sanctus ore interito. x

Ceu iam corona conscius
Celsum tribunal scanderet.

4. Hoc inter immotus manet,

Tamquam dolorum nescius. x
Tenditque in altum lumina,
Nam vincla palmas preperat.

5. Sic Christe robor Martyrum

Certare das, dans vincere. x

Quos dum coronas, tu tua

Equus coronas munera. amen.

6. Proba me Domine, attenda me.

7. Ure renes meos et cor meum. Ps. 25.

Ad Bened. ant. Probasti cor meum, et visi-
tasti nocte: x igne me examinasti, et non
est inventa in me iniquitas. Ps. 16.

Oratio ut in I. Vesperis.

Ad Tertiam. Lect. Jer. 17.

Benedictus vir, qui confidit in Domino,
et erit Dominus fiducia eius: et erit quasi
lignum, quod transplantatur super aquas,
quod ad humorem mittit radices suas, et non
timebit, cum venerit estus.

2. Tedisti mihi protectionem salutis tue,

3. Et dextera tua suscepit me. Ps. 17.

Ad Sextam. Lect. Jer. 17.

Eril folium eius viride, et in tempore siccita-
tis non erit sollicitum; nec aliquando desinet
facere fructum.

2. Factus es Domine susceptor meus:

3. Refugium meum in die tribulationis. Ps. 58.

Ad Nocturnam. Lectio Galii 34.

Oculi Domini super timentes eum, pro-
 tektor potentio, firmamentum virtutis, legi-
 men ardoris, et umbra culum meridiani.

V. Sub umbra alarum tuarum prolece me.

R. A facie impiorum, qui me afflixerunt. Ps. 16.

Ad II. Vesperas.

antiphona ex Matutinis.

Lectio Jacob. 1.

Beatus vir, qui sufferit tentationem, quo-
 niam cum probatus fuerit, accipiet coronam
 vite, quam repromisit Deus diligentibus se.

R. br. Hic accipiet * benedictionem a Domino.

V. Et misericordiam a deo salubari suo. Ps. 25.

Hymnus Prudentii.

1. Exsurge Martyr inclite,

Exsurge securus tui: *

Exsurge, et almis coetibus

Coeli sodalis addere.

2. Decursa iam satis tibi

Pæno minacis munia: *

Pulcroque mortis exitu

Omnia peracta passio.

3. O Mites invictissime,

Fortissimorum fortior: *

Jam te ipsa seva et aspera

Tormenta victorem tremunt.

4. Spectator hoc Christus Deus

Compensat eis interminis, *

Suaque collegam crucis

Larga coronat dextera.

5. Adesto nunc et percipe

Voces precantum supplices: *

Vostri realius efficax

Orator ad thronum Patris.

6. Aeternae tu Verbi Patris,

Aeternae Fili, par Patris: *

Et par utriusque Spiritus,

Tibi Deus sit gloria. amen.

V. Populisti Domine in capite eius:
 R. Coronam de lapide pretioso. Ps. 20.
 Ad Magnif. ant. Qui vicerit, faciam illum
 columnam in templo Dei mei: & scribam
 super eum nomen Dei mei. apoc. 3.
 Postea fiunt commemorationes, ut infra.
 Si occurrat in Dominica Septuagesime,
 celebratur fixe die 24. sequente cum com-
 memoracione S. Timothei, ne impediatur
 octava.

Die XXIII. Januarii.

Deponfatio B. Marie Virginis.

Duplex maius. 12. lect.

Ad I. Vesperas.

Si transferatur, omnia ut in communi
 de Beata, præter sequentia.

Ad Magnif. ant. Quosivi sponsam cam
 mihi assumere, generositatem illius glori-
 ficat conubernium habens Dei: & sed et
 omnium Dominus dilexit illam. Sap. 8.

Oraçio sac. Greg.

Tamulis huius, quosumus Domine, celestis
 gratie munus imperitare: ut quibus beato
 Virginis partus exstitit, salutis orordium;
 Deponfationis eius votiva solemnitas pacis
 tribuat incrementum. Per Dominum.

Pro commemoratione S. Joseph antiph.

Induit me Dominus vestimentis salutis, et
 indumento iustitiae circumdedit me: & quasi
 sponsum decoratum corona. Ps. 67.

V. Constituit eum Dominum domus sue:

R. Et principem omnis possessionis sue. Ps. 104.

Oraçio brev. Rom.

Santissima Genitricis tue, quosumus
 Domine, meritis adjuvemur: ut quod popu-
 licitas nostra non obtinet, eius nobis inter-
 ceptione donetur. Quis vivis et regnas.

Clausula hymnorum.

Jesu tibi sit gloria,
 Cui natus es de Virgine: &
 cum Patre cumque Spiritu,
 In sempiterna secula. amen.

Ad vigiliam nocturnam.

Inuil. Agnum, quem sequuntur virgines; &
 venite adoremus. apoc. 14.

Hymnus, antiphona, versus, Responso-
 ria de communi Beato.

In I. nocturno.

Lectioes quatuor cum suis Ps. de feria
 currente.

In II. nocturno.Lectio V.

Sermo sancti Bernardi abbatis.
 hom. 2. in Mariam.

Cum Maria esset virgo electa, et virgo
 conceptura, virgo paritura, mirum, cur
 desponsata fuerit non nuptura. etumquid
 vel hoc casu factum quis dixerit! et non est
 casu factum, quod rationalis causa
 commendat, causa valde utilis et nece-
 saria, et divini prorsus adinventionem con-
 siliu digna. Dicam, quod mihi, immo quod
 ante me Patribus visum fuit. et tunc
 fuit ratio desponsationis Mariae, que et
 dubitationis Thomae. Nos siquidem ju-
 daeorum erat, ubi die desponsationis jus-
 usque ad tempus nuptiarum sponsis spon-
 so traderentur custodiendo: quatenus
 earum ipsi eo sibi pudicitiam curiosius
 servarent, quo sibi ipsi fideliores existe-
 rent. Sicut ergo Thomas dubitando, pal-
 pando, constantissimus factus est dominica
 confessor resurrectionis: ita et Joseph Ma-
 riam sibi desponsando, eiusque conversationem

in tempore custodia studiosius comprobando,
factus est pudicissimus fidelissimus testis.

Lectio VI.

Pulchra utriusque rei convenientia: et du-
bitatio Thome, et desponsatio Mariae. Pote-
rant quidem similis erroris laqueum nobis
iniicere, fidei videlicet in illo, castitatis
in illa, veritatem in suspicionem adducere.
Sed valde prudenter et pie factum est per
contrarium, ut unde metuebatur suspicio,
firma sit certitudo. Nam et de Filii resur-
rectione citius quidem ego, qui infirmus
sum, crediderim Thome dubitanti et pal-
panti, quem Cepho audienti et credenti: et
de matris continentia facilius ~~desponso~~ desponso
eius custodienti et experienti, quam ipsi
quoque Virgini de sola sua conscientia se
defendenti. Dic, quoso: quis eam videns
non desponsalam et gravidam, non potius
diceret meretricem quam virginem? et non
autem decebat hoc dici de Matre Domini.
Tolerabilius vero atque honestius fuit, pu-
lari ad tempus Christum de conjugio fuisse
natum, quam de fornicatione.

Lectio VII.

Sed non poterat, inquis, Deus apertum ali-
quod ostendere signum, quo videlicet fieret,
ut eius nec ortus infamaretur, nec Mater
criminaretur? Poterat utique: sed non po-
terat cadere demones, quod scirent homines.
Eporlebat autem a principe mundi aliquandiu
celari divini consilii sacramentum: non quod
Deus, si patam opus suum facere vellet, im-
pediri posse ab illo metueret: sed quia ipse,
qui non solum potenter, sed etiam sapienter,
quocumque voluit, fecit, sicut in omnibus
operibus suis quaedam rerum vel temporum
congruentias propter ordinis pulcritudinem
levare consuevit: ita in hoc quoque tam

magnifico opere suo, nostro videlicet repa-
rationis, non tantum potentiam suam, sed et
prudentiam ostendere voluit.

Leitio VIII.

Et quamquam illud a literis, quo modo vellet,
perficere potuisset: placuit ei tamen eo po-
tius et modo et ordine hominem sibi recon-
ciliare, quo non erat occidisse, ut sicut dia-
bolus prius seduxit feminam, et postmodum
virum per feminam vicit: ita prius a
femina virgine seduceretur, et postea viro
Christo aperte debellaretur: quatenus ma-
litie fraudi dum ars pietatis illuderet,
ac maligni fortitudinem Christi virtus
contereret, diabolo Deus et prudentior
appareret et fortior. Gloria quippe decuit
incarnatam sapientiam spiritualem vin-
cere malitiam, quo non solum attingeret
a fine usque ad finem fortiter, sed et dispo-
neret omnia suaviter. Nece pario igitur
desponsata est Maria Joseph, quando per
hoc et a carnibus sanctum absconditur, et a
honso virginitas comprobatur, et virginis
tam verecundie parcitur, quam fame pro-
videtur. Quid sapientius, quid dignius Divina
providentia! uno tali consilio secretis coelesti-
bus et admittitur testis, et excluditur hostis,
et integra servatur fama virginis Matris.

In III. Nocturno.

Cantica etlectiones ex communi de Beata.

Sequentia sancti Evangelii

Secundum Mattheum. cap. i.

Cum esset desponsata Mater Jesu et Maria
Joseph, antequam convenirent, inventa est
in utero habens de Spiritu Sancto. Joseph autem
vir eius, cum esset iustus, et nollet eam traducere,
voluit occulte dimittere eam. Hoc autem eo

cogitante, ecce angelus Domini in somnis
apparuit ei dicens: Joseph fili David! noli
timere accipere Mariam conjugem tuam;
quod enim in ea natum est, de spiritu sancto est.
Pariet autem filium, et vocabis nomen eius
Iesum: ipse enim salvum faciet populum
suum a peccatis eorum.

Ad laudes Matutinas et horas.

Omnia fiunt, ut in citato communi, proter
orationem, ut supra.

Ad laudes antiph. ad benedictus, et com-
memoratio S. Joseph, ut in I. Vesperis: et fil
commemoratio octavo S. Vincentii, ut in festo.

Oratio Paris.

Da nobis, quo sumus, omnipotens Deus, ad-
versa mundi invidiam mentis constantia tole-
rare: qui beatum Leuitam Vincentium
nec minis terreri; nec poenis proferos supe-
rari. Per Dominum.

Et dicitur per octavam.

In II. Vesperis.

ad Magnif. ant. Honorabile connubium
in omnibus, et locus immaculatus.

Hebr. 10.

Pro S. Joseph ant. A modo voca me: et pater
meus, et dux virginitalis mee tu es. Jer. 3.

V. Uxor tua sicut vitis abundans.

R. In lateribus domus tua. Ps. 127.

Postea fil commemoratio sequentis, de com-
muni; et octavo ex festo.

Die XXIV. Januarii.

S. Timothei Episcopi et Martyris.

Semidupl. 5. lect.

Omnia de communi.

Oratio Clun.

Omnipotens sempiterna Deus, qui beatum
Timotheum, fidelem in Evangelio Filii
tui ministrum, ea charitate donasti, qua

non quo sua sunt quoritur cupiditatis omnium malorum radices spinas evellere; ut nos bene vivendo vere amemus, et bene perditos in vitam aeternam feliciter inveniamus. Per Dominum.

Lectio III.

Ex epp. S. Pauli.

Timotheus Lystris in Lycaonia natus, patrem habuit gentilem, matrem judaam, cuius fidem non fictam laudat apostolus. Fuit autem fides in Timotheo, quippe qui ab infantia sacras litteras didicisset, et testimonium illi redderent, qui in Lystris erant et Iconio fratres. Illum Paulus licet juvenem assumpsit suo peregrinationis comitem et praedicationis socium: sed propter quosdam, qui se ad Christum converterant, scientes Timothei patrem esse gentilem, eum circumcidit. quantum substanto magistro profecerit in fide, in doctrina, in omni sanctitate, testatur ipse Paulus, qui eum vocat filium suum dilectum, et neminem ait habere sibi tam unanimem. Cum ambo Ephesum venissent, et Epheso Paulus ab argentariis suis percompulsus exire, ibi secundum praecedentes de Timotheo prophetias, per impositionem manuum episcopum illum ordinavit, ut illam ecclesiam, immo et totam Asiam gubernaret. Ad eum apostolus duas epistolas scripsit, primam e Macedonia, alteram Roma, quibus tanquam plebis Christiano doctorem eum instituit de iis omnibus, quo vel agere vel docere debeat. Et in priori laudat, quod bonam confessionem confessus fuerit coram multis testibus. Cum Ephesi in quadam celebritate demonibus sacrificerent, ab hac impietate populum removere conatus, sustibus et lapidibus, ut fert Graecorum traditio,

Orulus Timotheus, inter discipulorum manus
paulo post exspiravit.

¶ Timotheus filius meus charissimus et fi-
delis in Domino, vos commonefacie litteras meas,
quae sunt in Christo Jesu: & opus enim Domini
operatur, sicut et ego. & neminem habeo tam
manimentum et sincera affectione: ille sicut pa-
tri filius mecum servavit in Evangelio. & opus.
1. gloria. & opus. 1. cor. 4. et 6. Philip. 2.

¶ Est commemoratio octava, ut in festo.

Die XXV. Januarii.

Conversio S. Pauli apostoli.

Dupl. manus. 12. lect.

Ad 1. Vesperas. antiphona.

1. Benjamin lupus rapax; & mane comedet
predam, et vespere dividet spolia. Gen. 49.
2. Ego israelita sum ex semine abraham, & de
tribu Benjamin. Rom. 11.
3. Supra modum persequabar calcetiam Dei: &
et expugnabam illam. Gal. 1.
4. Exurgat Deus, et dissipentur inimici eius: &
et fugiant, qui oderunt eum, a facie eius. Ps. 69.

Lectio 1. Ps. 137.

Egressum tuum et introitum tuum cognovi,
et insaniam tuam contra me, cum fureres
adversum me: ponam ergo frenum in labiis
tuis, et reducam te in viam, per quam venisti.

Vicil Dominus.

¶ 1. cor. 12. Intellectum tibi dabo: & in via hac qua
gradieris.

¶ 2. Firmabo super te oculos meos. Ps. 121.

Hymnus An. Santoli.

1. Saule, quid gregis tenelli
vis cruorem fundere! &
Immolare quid tot ardes
Immigrantes vicinas! &
Insequendo quem laccepis,
Hunc Deum jam senties.

2. Christus occupat furentem,
 Cecat, urget, deicit: x
 Ille cedit imperanti,
 Seque totum subiicit: x
 Persecutor ante Christo
 Proco nunc Christum sonat.

3. ante qui plenus minarum
 Gbataptans vincula: x
 Nunc tremens suspensusque Saulus
 Per manus deducitur: x
 Qui lupus furebat ante,
 Nunc in agnum vertitur.

4. Tura Christe quam potenti
 Corda multas dextera: x
 Qui tuum delere nomen
 Vult tuorum sanguine, x
 Ipse totum mox per orbem
 Scribit illud et suo.

5. Summa laus deo Parenti,
 Qui creavit omnia: x
 Filioque, qui redemit
 Morle nos volens sua: x
 Bar et illi, cuius almo
 Confovemur habitu. amen.

V. usquequo deus improperabit inimicus.

R. Irritat aduersarius nomen tuum in finem!

Ps. 75.

Ad Magnif. ant. Vidit deus presumptionem
 cordis eius, quoniam mala est: x adimple-
 vit propitiationem suam in illo, et ostendit
 ei viam equitatis. Euli. 18.

Oratio clun.

Deus, cuius gratia in beato Paulo apostolo
 tuo de persecutore vase electionis effecit:
 nostrarum, quo sumus; eiusdem gratia
 virtute frange contumaciam volunta-
 tum. Per Dominum.

Pro commemoratione S. Petri ant.

Ego dico tibi: quia tu es Petrus; & super
hanc petram edificabo ecclesiam meam. Matth. 16.

V. Posui adiutorium in potente.

R. Et exaltavi electum de plebe mea. Ps. 88.

Oratio.

Deus, qui beato Petro apostolo tuo, collatis
clavibus regni coelestis ligandi atque sol-
vendi Pontificium tradidisti: concede; ut
intercessionis eius auxilio a peccatorum no-
strorum nexibus liberemur.

Postea fit commemoratio precedentis octavo.

Ad Vigilias nocturnas.

Anth. Jesum, quem persecutus est Saulus, &
venite adoremus. act. 9.

Hymnus Clun. Guill. Ep. Santon.

1. Pastore percusso, minas
Spirabat et cædes lupus: &
Sparsumque vastabat gregem,
Te christe Saulus nesciens.
2. Et jam catenas stringere
Ferox parabat, iam cruces: &
Sed o! repente sternitur,
Verboque percussus iussit.
3. Quid Saule, Saule quid struis?
Agnosce vitricem manum: &
Coelo reluctanti nefas,
Abfisse Jesum persequi.
4. Jam tendit in bellæ manus,
Jam colla submittili iugo: &
Suspens jacet, clamat tremens,
Quid Christe, quid victor jibes?
5. Aeternæ tu verbi Pater,
Aeternæ Fili, par Patri: &
Et par ubique Spiritus,
Tibi Deus sit gloria. amen.

In I. nocturno. antiphona.

1. Ego ex genere Israel de tribu Benjamin,
secundum legem Pharisæus: & secundum

emulationem persequens caesariam dei.
Philips. 3.

2. Sicut pedes Gamaliel eruditus sum iuxta
 veritatem paterno legis & emulato legis.
act. 22.
3. Hanc viam persecutus sum usque ad mor-
 tem: & alligans et tradens in custodias
 viros ac mulieres. ib.
4. Domine, ego eram concludens in carcerem
 et cadens per synagogas eos, & qui crede-
 bant in te. ib.
5. Cum funderetur sanguis Stephani testis
 tui, ego stabam et consentiebam, & et
 custodiebam vestimenta interficientium
 illum. ib.
6. Ego quidem existimaveram, me adversus
 nomen Jesu et a parenti debere multa
 contraria agere: & quod et feci Jero-
 solymis. act. 26.
- V. Exurge Deus judica causam tuam:
 R. Memor esto improperiorum tuorum,
 eorum que ab insipiente sunt tota die. Ps. 73.

Lectio I.

De actibus apostolorum. cap. 9.

Saulus adhuc spirans minarum et cedis in
 discipulos Domini aucepit ad principem sa-
 cerdotum, et petiit ab eo epistolas in Damaf-
 cum ad synagogas: ut si quos invenisset huius
 vie viros ac mulieres, viutos perduceret in
 Jerusalem. Et cum iter faceret, contigit, ut
 appropinquaret Damasco; et subito circum-
 fulsit eum lux de celo. Et cadens in terram
 audivit vocem dicentem sibi: Saule, Saule,
 quid me persequeris? qui dicit: quis es Do-
 mine? ille: ego sum Jesus, quem tu perse-
 queris, durum est tibi contra stimulum cal-
 citrare. Et tremens ac stupens dixit: Domi-
 ne, quid me vis facere? Et Dominus ad eum:
 Surge, et ingredere civitatem, et tibi dicebun-

tibi, quid te oporteat facere. Viri autem illi, qui comitabantur eum, stabant stupefacti, audientes quidem vocem, neminem autem videntes. Surrexit autem Saulus de terra, apertisque oculis nihil videbat. ad manus autem illum trahentes introduce-
 runt Damascum. Et erat ibi tribus diebus non videns, et non manducavit, neque bibit.
 R. Dextera tua Domine magnificata est in fortitudine, dextera tua percussit inimicum; et in multitudine glorio tuo deposuisti adversarios tuos. V. Dixit inimicus: persequar et comprehendam; evaginabo gladium meum, et interficiet manus mea. et in mult. Exod. 15.

Lectio II.

Erat autem quidam discipulus Damasci, nomine Ananias, et dixit ad illum in visu Dominus: Anania! at ille ait: ecce ego Domine. Et Dominus ad eum: surge, et vade in vicum, qui vocatur Rectus, et quere in domo Jude Saulum nomine, Tarsensem: ecce enim orat. Et vidit virum Ananiam nomine introeun-
 tem, et imponentem sibi manus, ut visum recipiat. Respondit autem Ananias: Domine, audivi a multis de viro hoc, quanta mala fecit sanctis tuis in Jerusalem. Et hic habet potestatem a principibus sacerdotum alligandi omnes, qui invocant nomen tuum. Dixit autem ad eum Dominus: vade, quoniam vas electio-
 nis est mihi iste, ut portet nomen meum coram gentibus et regibus et filiis Israel. Ego enim ostendam illi, quanta oporteat eum pro nomi-
 ne meo pati.

R. Ut quid Deus repulisti in finem, iratus est furor tuus super oves pascuis tue? et quanta malignatus est inimicus in sancto! V. quos ducavi et enutrivivi, inimicus meus consumpsit eos. et quanta. Ps. 43. Thron. 2.

Lectio III.

Et abiit Ananias, et intrauit in domum,
 et imponens ei manus dixit: Saule frater,
 Dominus misit me Iesus, qui apparuit tibi
 in via, qua veniebas, ut videas et implearis
 Spiritu sancto. Et confestim ceciderunt ab
 oculis eius tanquam squamae, et visum
 recepit, et surgens baptizatus est. Et cum
 accepisset cibum, confortatus est. Fuit autem
 cum discipulis, qui erant Damasci per dies
 aliquot. Et continuo synagogis predicauit
 Iesum, quoniam huius est Filius Dei. Stupe-
 bant autem omnes, qui audiebant, et dice-
 bant: nonne huius est, qui expugnabat in Jeru-
 salem eos, qui inuocabant nomen istud, et
 huc ad hoc uenit, ut uinctos illos duceret ad
 principes sacerdotum? Saulus autem multo
 magis conualecebat, et confundebat Iudeos,
 qui habitabant Damasci, affirmans quoniam
 huius est Christus.

R. Veniens ad me Ananias dixit: Saule
 frater, Deus preordinauit te, ut cognosceres
 uoluntatem eius, et uideres Iustum, et au-
 dires uocem de ore eius: & quia eris testis
 illius ad omnes homines. *V.* Infilliet in te
 Spiritus Domini, et prophetabis, et mutaberis
 in uirum alium. * quia. act. 22. j. Reg. 10.

Lectio IV.

Cum autem implerentur dies multi, confi-
 lium fecerunt in unum Iudei, ut eum inter-
 ficerent. Et hoc autem factum fuit Saulo infidio
 eorum. Custodiebant autem et portas die ac
 nocte, ut eum interficerent. Accipientes autem
 eum discipuli nocte, per murum dimiserunt
 eum, submittentem in porta. Cum autem ue-
 nisset in Ierusalem, tentabat se iungere dis-
 cipulis, et omnes timebant eum, non cre-
 dentes, quod esset ex discipulis. Barnabas
 autem apprehensum illum duxit ad apostolos:
 et narravit illis, quomodo in via uidisset

dominum, et quia locutus ei, et quomodo
in Damasco fiducia liter egerit in nomine
jesu. Et erat cum illis intransiens et exiens in
jerusalem, et fiducia liter agens in nomine
domini. Loquebatur quoque gentibus, et
disputabat cum grecis: illi autem querebant
videre eum. Quod cum cognovissent fratres,
deduxerunt eum cesaream, et dimiserunt
Tarsum.

R. Stupebant omnes qui audiebant, et dice-
bant: * nonne huius est, qui expugnabat eos, qui
invocabant nomen jesu? V. Videntes omnes,
qui noverant eum, quod esse eum prophetis,
dixerunt ad invicem: num et saul inter pro-
phetas? * nonne. V. gloria. * nonne. act. g. j. Reg. 10.

In II. clachurno. antiphono.

1. Dum irem Damascum die media in via, *
vidi de caelo supra splendorem solis circumful-
sere me lumen, et eos qui mecum erant. act. 26.

2. Omnes nos cum decidissemus in terram, au-
divi vocem loquentem mihi hebraica lingua:
* Saule Saule quid me persequeris? ib.

3. Dixi: quis es Domine? * Dominus autem
dixit: ego sum jesus, quem tu persequeris. ib.

4. Qui mecum erant, lucem quidem viderunt, *
vocem autem non audierunt eius, qui loque-
batur mecum. act. 22.

5. Cum non viderem pro claritate luminis
illius, * ad manus deductus a comitibus
veni Damascum. ib.

6. Quid moraris? exurge et baptizare, * et
abluere peccata tua, invocato nomine jesu. ib.

V. A Domino factum est istud:

R. Et est mirabile in oculis nostris. Ps. 117.

Lectio V.

Sermo sancti Augustini episcopi.

Serm. 279.

Verba apostoli audivimus, immo per apostolum
verba christi loquentis in illo, quem de persecutione
predicatore fecit, percutiens et sanans, occidens

Et vivificans, occisus a lupis, et faciens agnos de lupis. Voce Christi de caelo prostratus est, et accipiens interdium servienti cecidit in faciem suam, prius prosterneendus, deinde erigendus: prius percutiendus, postea sanandus. Et ille: quid me vis facere? Jam parat se ad obediendum, qui prius serviebat ad persequendum. Jam informatur ex persecutore predicator, ex lupo ovis, ex hostemiles. Audiuit quid facere debeat. locus sane factus est; ut in teriore luce fulgeret cor eius, exterior ad tempus erepta est; subtrahita est persecutori, ut redderetur predicatori. Et est tamen tempore, quo caetera non videbat, Jesum videbat. Ita et in ipsa eius cecitate mysterium informabatur credentium; quoniam qui credit in Christum, ipsum indueri debet, caetera nec nata computare: ut creatura vilescat, et creator in corde dulcescat.

*Sp. Tonabil de caelo Dominus, et Excelsus dabit vocem suam: et confringet Dominus cedros libani. V. Dominum formidabunt adversarii eius, et super ipsos in caelis tonabil. * et. 2. Reg. 22. j. Reg. 2.*

Lectio VI.

Ad ductus est ad ananiam: et Ananias interpretatur ovis. Ecce lupo rapax adducitur ad ovem sequendam, non rapiendam. Sed ne repentinum ovis expavesceret lupo, ipse pastor de caelo, qui haec omnia faciebat, punxiavit ovi lupo venturum, sed non servituum. Et tamen tam inmanis fama lupo illum proceperat, ut non populi ovis audito eius nomine non conherbari. Mira et magnas res geritur. Lupo servitia interdicitur, lupo ad ovem captivus adducitur. Tanta autem proceperat fama lupi raptoris, ut eius nomine audito timeret ovis etiam sub manu pastoris. Confortatur, ne iam pulet servientem, ne timeat tumentem. Ab agno pro ovibus morduo fili ovis secura de lupo.

Et non audietur in populo meo ultra vox
 lelus et vox clamoris: & lupus et agnus pas-
 centur simul, et non nocebunt in omnimode
 sancto meo. V. Salvabo gregem meum, et
 non erit ultra in rapinam & lupus.

Isa. 65. Ezech. 34.

Lectio VII.

Jer. 168. De verb. apost.

Dicit apostolus: misericordiam consecutus
 sum. O confessio! non ait: misericordiam con-
 secutus sum, quia fidelis eram; sed, ut fidelis
 epem, misericordiam consecutus sum. Venia-
 mus ad eius primordia. Date mihi merita
 eius. Si merita quæris, damnationis sunt,
 non liberationis. Ibat servire in membra
 Christi; ibat sanguinem fundere; ibat lupus
 pastor futurus: sic ibat. Non poterat aliter
 ire ad illa, propter quo ibat. Et ecce vox de celo:
 Saule, Saule quid me persequeris? tunc quare di-
 cit: misericordiam consecutus sum, ut fidelis
 epem. Erat infidelis: parum est, erat in ipsa
 infidelitate crudelis: sed misericordiam con-
 secutus est, ut fidelis epem. quid dixeris es
 Deo dicenti: hoc uolo? Ergo Domine, ille qui
 tanta fecit, tanta mala in sanctos suos facere
 cupiebat, tali cum misericordia dignum existi-
 mas? Hoc uolo. an oculus tuus nequam est,
 quia ego bonus sum?

Et misericordiam uolo, et non sacrificium, &
 non ueni vocare iustos, sed peccatores. V. Fide-
 lis sermo, quod Christus Jesus uenit in hunc
 mundum peccatores saluos facere, quorum
 primus ego sum. & non ueni. Matth. 9. i. Tim. 1.

Lectio VIII.

Ego, inquit, sum novissimus apostolorum,
 qui non sum dignus vocari apostolus, quia
 persecutus sum ecclesiam Dei. Bone dicis: unde
 debuisti damnari, ab eo accepisti, unde debeas
 coronari. a quo accepit, uultis audire? Nolite
 me, ipsum audite: non sum dignus inquit,
 dignus vocari apostolus, quia persecutus sum

ecclesiam Dei; sed gratia Dei sum id quod sum.
Ergo quod eras, iniquitate tua eras: quod es,
gratia Dei es.

R. Eram ignotus facie ecclesie Judee, que
erant in Christo; tantum autem auditum ha-
beant: & quoniam qui persequerentur nos,
nunc evangelizat fidem, quam aliquando
expugnabat. *V.* Hoc multatio dextere Excelsi:
quis Deus magnus, sicut Deus noster? Tu es Deus,
qui facis mirabilia. & quoniam. *V.* gloria.
& quoniam. *Gal. j. Cf. 46.*

In III. nocturno.

Ant. Exurge et sta super pedes tuos: ad hoc
enim apparui tibi, ut constituam te mi-
nistrum et testem eorum que vidisti: & cri-
piens te de populo et gentibus, in quas nunc
ego mitto te. *act. 26.*

V. glorificabo nomen tuum in eternum.

R. Quia misericordia tua magna est super me. *Cf. 85.*

Lectio IX.

De epistola beati Pauli apostoli
ad Galatas. *cap. j.*

Notum vobis facio fratres evangelium,
quod evangelizatum est a me, quia non est
secundum hominem: neque enim ab homine
aucepi illud, neque didici, sed per revelationem
Jesu Christi. Audistis enim conversationem
meam aliquando in Judaismo: quoniam supra
modum persequer bar ecclesiam Dei, et expug-
nabam illam. Et proficiebam in Judaismo
supra multos coetaneos meos in genere
meo, abundantius emulator existens
paternarum mearum traditionum.

R. Ego veni ut adversarer tibi, quia per-
versa est via tua, mihi que contraria:
Dixitque Balaam: & peccavi nesciens, quod
tu stares contra me. *V.* Saulus tremens ac
stupens dixit: Domine quid me vis facere?
& peccavi. *clum. 22. act. 9.*

Cum autem placuit ei, qui me segregavit ex utero matris meae, et vocavit per gratiam suam, ut revelaret Filium suum in me, ut evangelizarem illum in gentibus, continuo non adquirevi carni et sanguini. Erat autem ignarus facie ecclesiarum quibus, quae erant in Christo: tantum autem auditum habebant: quoniam qui per sequebatur nos aliquando, nunc evangelizabat fidem, quam aliquando expugnabat. Utinam me clarificabant Deum.

Ps. In gentes ego misit te, ut convertantur a tenebris ad lucem, et de potestate satanae ad Deum; et accipiant remissionem peccatorum et sortem inter sanctos, per fidem, quae est in me. V. Eue constitui te hodie super gentes: tu ergo surge et loquere ad eos omnia, quae ego precipio tibi. * ut. act. 26. Jer. 1.

Lectio XI.

De epistola prima ad Timotheum. cap. i.

Gratias ago ei, qui me confortavit, Christo Jesu Domino nostro, quia fidelem me existimavit, ponens in ministerio: qui prius blasphemus fui, et persecutor, et contumeliosus. Sed misericordiam Dei consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate. Superabundavit autem gratia Domini nostri cum fide et dilectione, quae est in Christo Jesu.

Ps. Castigasti me, et eruditus sum quasi juvenculus indomitus; postquam enim convertisti me et ostendisti mihi, et confusus sum et erubui, quoniam sustinui opprobrium adolescentie meae. V. Cogitavi vias meas, et converti pedes meos in testimonia tua. * confusus. Jer. 51. Ps. 118.

Lectio XII.

Fidelis sermo et omni acceptione dignus: quod Christus Jesus venit in hunc mundum peccatores salvos facere, quorum primus ego sum. Sed ideo misericordiam consecutus sum, ut in me

primo ostenderet Christus Jesus omnem patientiam, ad informationem eorum, qui credituri sunt illi, in vitam aeternam. Regi autem seculorum inmortali, invisibili, soli Deo honor et gloria in secula seculorum. amen.

R. Magnus es Domine in aeternum, et in omnia secula regnum tuum: & quoniam tu flagellas et salvas, deducis ad inferos, et reducis. *V.* Deo gratias, qui semper triumphat nos in Christo Jesu. & quoniam. *V.* gloria. & quoniam. *Job. 13. 2. Cor. 2.*

Sequentia sancti Evangelii

secundum Joannem. cap. 15.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Non vos me elegistis, sed ego elegi vos, et posui vos, ut eatis et fructum afferatis; et fructus vester maneat: ut quodcumque petieritis Patrem in nomine meo, det vobis. Hoc mando vobis, ut diligatis invicem. Si mundus vos odit, scitote, quia me priorem vobis odio habuit. Si de mundo fuissetis, mundus quod suum erat, diligeret: quia vero de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus. Mementote sermonis mei, quem ego dixi vobis: non est sermo maior Domino suo. Si me persecuti sunt, et vos persequentur: si sermonem meum servaverunt, et vestrum servabunt. Sed hoc omnia facient vobis propter nomen meum; quia nesciunt eum qui misit me.

Ad Laudes matutinas et horas. antiphona.

1. Ego legi mortuus sum, sub Deo vivam: & Christo confixus cruci. *Gal. 2.*
2. Vivo jam non ego: & vivit vero in me Christus. *ib.*
3. In fine vivo Filii Dei, qui dilexit me: & non abiicio gratiam Dei. *ib.*
4. ad Laudes. Ubi abundavit delictum, & superabundavit gratia. *Rom. 5.*

vel juxta capitale de abbatibus.

5. Gratias Deo, & super inenarrabili
dono eius. 2. Cor. 9.

Lectio 1. Cor. 15.

Ego sum minimus apostolorum, qui non
sum dignus vocari apostolus, quoniam per-
secutus ecclesiam Dei: gratia autem Dei sum
in quod sum, et gratia eius in me vacua
non fuit.

Rebr. Misericordias Domini & in aeternum
cantabo.

V. In generationem et generationem annun-
tatio veritatem tuam. Ps. 88.

Hymnus clm. Guill. Ep. Sab.

1. Ex hoste miles, ex lupis
Agnus gregi se devovet: &
Et raptor ipse nobili
Raptus triumpho ducitur.

2. O celsa cedrorum, Deus,
Qui voce vertis culmina: &
O qui potenti subitas
Mentes superbas gratis!

3. Tu Pastor infensas tuos
Vires ovili conterere: &
Et nostra, siquid devium,
Ad te reflecte pectora.

4. Aeternae tu Verbi Patris,
Aeternae Fili par Patri: &
Et par utrique Spiritus
Fili Deus sit gloria. amen.

V. Tu Domine conversus vivificasti me,

R. Et de abyssis terrae iterum reduxisti me. Ps. 70.

Ad Bened. ant. Obturatus est oculus audi-
toris sermonum Dei, qui visionem omnipo-
tentis intuitus est: & qui cecidit, et sic ape-
riatur oculi eius. Num. 24.

Oratio ex vesperis.

Fit commemoratio S. Petri ultim. vesperis:
et oratio.

Ad Tertiam. Lectio Philip. 3.

omnia detrimentum feci, et hoc lictor ut
 stercora, ut Christum crucifaciam, et inueniar,
 in illo non habens meam iustitiam, que ex
 lege est, sed illam, que ex fide est Christi Iesu.
 V. Vivit Dominus, et benedictus deus meus:
 R. Et exaltes deus salutis mee. Ps. 117.

Ad Sextam. Lectio gal. ij.

Segregavit me deus ex utero matris mee, et
 vocavit per gratiam suam, ut revelaret Fili-
 um suum in me, ut evangelisarem illum
 in gentibus.

V. Deus pronuntiabo mirabilia tua:

R. Memorabor iustitiae tuae solius. Ps. 70.

Ad Nonam. Lectio j. Timi. j.

Gratias ago ei, qui me confortavit, Christo
 Iesu Domino nostro, quia fidelem me existi-
 mavit, ponens in ministerio, qui prius blas-
 phemus fui, et persecutor et contumeliosus,
 sed misericordiam Dei consecutus sum.

V. Domine in caelo misericordia tua:

R. Et veritas tua usque ad nubes. Ps. 34.

Ad II. Vesperas.

antiphona ut ad horas.

Lectio act. 22.

Factum est revertenti mihi in Ierusalem,
 et oranti in templo, fieri me in stupore
 mentis, et videre Iesum dicentem mihi: festina
 et exi velociter ex Ierusalem, quoniam non
 recipient testimonium tuum de me: vade,
 quoniam ego in nationes longe mittam te.

R. br. Erripies me Domine & de contradictio-
 nibus populi:

V. Constitues me in caput gentium. Ps. 117.

Hymnus ex I. Vesperis.

V. Pallam tibi in nationibus Domine:

R. Quia magna est super caelos misericordia
 tua. Ps. 107.

ad Magnif. ant. Vade anania, et quere lau-
 tum, quoniam vas electionis est mihi iste:
 et prolel nomen meum coram gentibus,
 et regibus et filiis israel. ant. g.
 Unde fit commemoratio. S. Polycarpi in 1. quod sequitur;
 et sequentibus, de comuni; demum octava.

Die XXVI. Januarii

S. Polycarpi Episcopi et Martyris.

Duplex 3. lect.

Omnia de communi.

Oratio cum.

Deus, cuius gratia beatum Polycarpum boni-
 ficum tuum in sacerdotium elegisti, doctrina
 ad predicandum erudisti, potentia ad perse-
 cutandum confirmasti: da nobis ex eius imita-
 tione populum christianum et instruere vi-
 vendi exemplo; et confirmare patiando.

Per Dominum.

Lectio II.

Ex S. Ireneo l. 5. contra heres. c. 3.

Polycarpus: non solum, ut ait Ireneus ab
 apostolis eductus, et conversatus cum multis
 ex eis, qui Dominum nostrum viderunt; sed
 etiam ab apostolis in asia, in ea quo est Smyrna
 caelestia, constitutus episcopus: quem et nos
 vidimus in prima nostra etate: alacriter et
 proopere pergebat ad stadium. Aicente vero
 proconsole: iura et dimittite te, convicium
 fac christo, Polycarpus respondit: octoginta
 et sex anni sum, ex quo servo ei, nec ulla me
 affecit iniuria; et quomodo populum convicia
 dicere aduersus regem meum, qui me saluum
 fecit? urgente rursus illo, ac iniquiente: jura
 per genium cesaris; respondit: si ambiciose
 contendis, ius iurem per cesaris, ut tu vocas,
 genium, simulas autem te ignorare, quis sum,
 palam audi: Christianus sum. Tunc placuit
 illis, ut vivum Polycarpum ignis exureret.
 quando autem rogas apparatus esset, cum clavis

affigendus epel, dixit: simile me sic; qui enim mihi dat ignem, pati, dabit et sine vestra ex clavis cautione immolatum in pyra permanere. Illi quidem non clavis defixerunt, sed ligaverunt eum.

R. Angelo Smyrna ecclesia scribe: hoc dicit primus et novissimus: & scio tribulationem tuam et paupertatem tuam, sed dives es.

V. Blasphemas ab his, qui se dicunt Iudeos epel et non sunt, sed sunt synagoga satano.
& scio. apoc. 2.

Lectio III.

Alic vero manibus post tergum positus, ac revinctus, tamquam aries insignis ex magno grege delectus, qui gratissimum holocaustum offerretur, coelum contuitus dixit: Pater unigeniti et benedicti Filii tui Iesu Christi, benedico te, qui me ad hanc horam perducere dignatus es, ut partem caperem in consortio Martyrum in calice christi tui, ad resurrectionem vite aeterno, animo simul et corporis: inter quos, quos, suscipiar hodie coram te tamquam hostia pinguis et accepta. cumque precationem compleset, ministri ignem accenderunt. cum vero ingens flamma emicasset, ignis formicis speciem probeans, tamquam navis velum a vento repletum atque sinuatum undique circumdedit et Martyris corpus. cernentes autem impii, corpus flammis non posse consumi, confectorem propius accedere, enseque alle in corpus adigere iusserunt: quo facto tanta vis flammis sanguinis effluxit, ut ignis, prorsus exstingueretur. opera ipsius gemmis pretiosissimis cariora, et quolibet auro puriora, ubi dicebat, condidimus. Quis in loco nobis, ut fieri poterit, congregatis concedat Deus natalem eius martyris diem cum gaudio et hilaritate celebrare, tum

in memoriam eorum, qui certa mina perbu-
lerunt, tum in futurorum hominum exer-
citantem et alacritatem. *Psalmus est, quae-
da post ejectionem persecutione.*

*Ps. Nihil horum timeas, quae passurus es: *
esto fidelis usque ad mortem, et dabo tibi co-
ronam vitae. N. Luc. misurus est diabolus
aliquos ex vobis in carcerem, ut tentemini.
* esto. N. gloria. esto. apoc. 2.*

Et sit commemoratio octava.

*Vespera de sequenti, commemoratio pro-
cedentis et octavo.*

Die XXVII. Januarii.

S. Joannis Chrysostomi Episcopi et Doctoris.

Duplex co. lect.

omnia de communi Doctorum.

Oratio brev. Rom.

Ecclesiam tuam, quae sumus Domine: gra-
tia caelestis amplificet; quam beati Joannis
Chrysostomi Confessoris tui atque Pontificis,
illustrare voluisti gloriosis meritis et doctri-
nis. Per Dominum.

Lectio II.

Ex vita sancti per Balladium scripta.

Joannes antiochia natus, in adolescentia
baptizatus a sancto Meletio episcopo, per
annos aliquot in solitudine vitam egit.
quinto post susceptum diaconatum anno
presbyter antiochena ecclesiae a Flaviano ordi-
natus, homilias ad populum habuit ea di-
cendi eloquentia, ut Chrysostomi seu aurei
oris nomen meruerit. Exarthis eo in munere
duodecim annis, nisi per constantinopolitana
mortuo Meletio invitus sufficeretur. In omni-
bus forma gregis factus, simul ecclesiae in-
utiles, ac familiae episcopalis reseruit; et
quae inde supererat, in pauperum commodum
conuertit, infirmorum praesertim, quibus et

nosocomia construxit. cum autem vitam insti-
tuit et asperam et severam, ac depravatos om-
nium ordinum mores corrigere omni opere
niteretur, multorum inde subit invidiam;
Eudoxio auguste in primis, quo concionantis
verba quodam quasi in se contumeliosa in-
digne ad modum tulit. Agente igitur Theophilo
Alexandrino, et ad nitente Eudoxia, habitata est
apud Lueram Chalcedonis suburbium, epis-
coporum aliquot Chrysostomo inensorum
tumultuaria synodus, in qua ipse deprophus
in exilium eiectus est; sed paulo post, factis
terro motu, et coorta seditione plebis, inde
revocatur.

¶. Eue dedi frontem tuam duriorē fronti-
bus eorum, ut adamantem et ut silicem
dedi faciem tuam: * ne timeas eos, neque
metuas a facie eorum. V. Brodica verbum,
iusta opportune, inopportune: argue, ob-
sera, increpa in omni patientia et doctri-
na. * ne timeas. Ezech. 5. 2. Tim. 4.

Leitio III.

Cum apud perditos mores arguere non desiste-
ret, et ad argenteam Eudoxia statuum ludos
fieri, quibus divina psalmodia turbabatur,
minime toleraret, in episcoporum conven-
ticulo iterum damnatus est, et Arcadii im-
peratoris iussu eulefia pulsus, paucis post
mensibus Cucusum in armeniam aman-
datur. Sepe oculi locum mutare coactus
est infirma licet valetudine, ut apidius
itinerum laboribus conficeretur. Comana
tandem cum adventaret, pernoctantem
in eulefia sancti Basilisci sic beatus Mar-
tyr affatus est: Confide, frater Joannes,
eras enim simul erimus. Cum his posthinc
coelestibus sacramentis insignitus se in

modum crucis, animam Deo reddidit decima
quarta die septembris, anno quadingentesimo
septimo. Tot et proclara adeo dixit et scripsit,
ut dignus existimetur, cui Paulus apostolus,
quem ille mirifice coluit, scribenti et predi-
canti multa dilatare videatur.

Et cum esset sapientissimus, docuit populum, &
quos fecit verba utilia, et conscripsit sermones
rectissimos ac veritate plenos. V. Doctrinam
sapientia et disciplina scripsit, beatus qui in
istis versatur bonis, & quos fecit. V. gloria.
& quos fecit. Euli. 12. 50.

Et sic commemoratio octavo.

Vespero de sequenti, commemoratio pro-
cedentis et octavo.

Dies XXVIII. Januarii.

S. Meinradi Martyris.

Duplex. S. lect.

Omnia de communi Monachorum.

Oratio Clun.

Da nobis, quosumus Domine, intercedente
beato Meinrado Martyre tuo, in tua fide et
sinceritate constantiam: ut in charitate divi-
na firmati; nullis tentationibus ab eius
integritate divellamur. Per Dominum.

Lectio III.

Ex vita per Bernonem augiensem abbatem scripta
apud Mabillon sec. Bened.

Meinradus in Sulgovia natus, in augia di-
vite sub Erlebaldo monacho, suo affine, brevi
lucularum scripturarum scientia exultavit, anno
etatis vigesimo quinto ad diaconatus officium,
et non multo post ad presbyterii gradum sub-
limatus, monasticam postea vitam amplexus
est. Promptus semper erat ad obediendum,
in jejunando strictus, in oratione assiduus, in
misericordis operibus largus, et maxima
humilitate subiectus omnibus. His dum

polleret moribus, ab abbate suo Schola iuxta lacum Turicinum proficiscitur: ubi solitudinis amore captus in eremo sibi habitaculum struxit, atque ibidem jejniis et orationibus indefessus creatori servavit. Ibi dum septem annos exegisset, multitudinem populi ad se venientis non ferens, interiorum eremum petiit, et per viginti sex annos Domino in jejniis et mundanarum rerum abstinentia inservit. Tandem a duobus sceleratis conquisitus ad necem, cum missarum solemnia celebrasset, et prescius futurorum agonem suum Deo commendasset, eos benignissime excepit. Ab his fustibus crudeliter mactatus grata Deo vittima cecidit, duodecimo kalendas Februarii, circa annum Christi octingentesimum sexagesimum primum. Eius corpus ad augiam delatum frater digno sepeliverunt honore.

R. Sedebit solitarius et tacuit, quia levavit super se: & bonum est pro solitario silentio salutare Dei. *V.* Dominus mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi homo. & bonum. *V.* gloria. & bonum. *Thron. 5. Ps. 117.*

Et fit commemoratio octave.

Vespero de sequenti, commemoratio procedentis.

Die XXIX. Januarii.

Octava S. Vincentii Martyris.

Duplex 5. lectionum.

Omnia ut in die Festo 22. huius, propter sequentia.

Oratio Sac. Gelas.

Deus, cuius charitatis ardore beatus Vincentius edaces incendii flammis, contempto persecutore, devicit: concede propitius, iust omnes, qui martyrii eius merita veneramur, protectionis tuo auxilio muniamur. Per Dominum.

Lectio III.

Sermo sancti Augustini Episcopi.

Serm. 276.

In passione sancti Vincentii evidenter ostendi-
tur iudex ferox, tortor cruentus, martyr in-
quidus. In cuius corpore poenis variis excrabo-
rum tormenta defecerant, et adhuc membra
durabant. Tot convicta miraculis perflebat
impietas, tot vexata supplicii non cedebat
infirmilas: agnoscat ergo operata divinitas.
Si consideretur in ista passione humana patien-
tia, incipit esse incredibilis, si agnoscat divina
potentia, desinit esse mirabilis. Santa graf-
fabatur crudelitas in Martyris corpore, et
lanta tranquillitas proferebatur in voce, tan-
taque poenarum asperitas sonabat in mem-
bris, et tanta securitas sonabat in verbis, ut
muro modo pularemus Vincentio patiente
alium non loquentem loqueri. Et vere fratres,
ita erat, profus ita erat: alius loquebatur.
Promisit enim et hoc testibus suis Christus
in Evangelio, quos ad huiusmodi certamina
preparabat. Sic enim ait: nolite premeditari,
quomodo aut quid loquamini; non enim vos
estis, qui loquimini, sed spiritus veritatis vestri,
qui loquitur in vobis. Caro ergo patiebatur,
et spiritus loquebatur, et loquente spiritu
non solum convincebatur impietas, sed etiam
confortabatur infirmilas.

R. Prevenit me in die afflictionis meae, et
factus est Dominus firmamentum, et deduxit
me in latitudinem: et liberavit me, quia
complacui ei. R. cum ambulaveris in
igne non combureris, et flamma non ar-
debit in te: ego dilexi te. et liberavit te gloria.
et liberavit. 2. Reg. 22. Ps. 45.

In II. nocturno.

Lectio Euli. 51.

Confitebor nomini tuo, quoniam adiutor et
protector factus es mihi, et liberaisti me se-
cundum multitudinem misericordie nominis
tui a preputura flamma, quae circumdavit me,
et in medio ignis non sum estuatus.

R. Cantabo Domine fortitudinem tuam:

R. Et exultabo mane misericordiam tuam. Ps. 58.

Vespere de sequenti, commemoratio precedentis.

Die XXX. Januarii.

S. Francisci Salestii Episcopi.

Duplex S. Cal.

Omnia de communi Pontificum.

Oratio Breu. Rom.

Deus, qui ad animarum salutem beatum Franciscum confesorem tuum atque Pontificem omnibus omnia factum esse voluisti: concede propitiis, ut charitatis tuae dulcedine perfusi, eius dirigentibus ac suffragantibus meritis aeterna gaudia consequamur. Per Dominum.

Lectio III.

Ex bulla canonizationis Alexandri

Papa septimi. a. 1666.

Franciscus in Salestio oppido oriundus, ab infantia ad pueritiam per pietatis simul ac sapientie gradus ascendens, orationi inter litterarum studia vacabat. Eiuspo virginitatis voto plures sibi fructus illud infringendi insidias fortiter elusit. Luendo hic initiatus, de mandato sibi a Gernero Genevensi Episcopo divini verbi gladio armatus, heresim Calvinianam in Caballienibus aliisque finitimis populis grassantem adorsus est: ubi incredibile dicitur quo animi ardore, quae patris constantia, quae mentis alacritate, quam firma in Deum fiducia, quam ardenti in proximum charitate pugnaverit, eo quidem successu, ut septuaginta hereticorum millia ad eandem catholicam reducere referatur. Episcopus Genevensis factus, ordinare clericum, familiam religiosi moribus componere, ecclesiastico discipline leges vel restituere vel facere, ac potissimum catholicae religionis sinceritati consulere extremis viribus adlaboravit. Incredibilis erat eius mansuetudo ac lenitas, profundissima humilitas, et

seruentissima in omnes charitas. Tandem
 in scriptis pluribus caelestis plane doctrinae
 referendis libris, et miraculis non minus quam
 sanctitate clarus ad regna caelestia trans-
 latus est, anno christi millesimo sexcente-
 simo vigesimo secundo, atque a neci sepultus
 est.

¶ Cum liber essem ex omnibus, omnium
 me servum feci, ut plures lucrifacerem: &
 omnibus omnia factus sum, ut omnes fa-
 cerem saluos. & nihil subtraxi utilium,
 quo minus annuntiarem et docerem publice
 et per domos. & omnibus. & gloria. & om-
 nibus. 1. Cor. 9. ad. 20.

Festa Februarii.

Die I.

S. Ignatii Episcopi et Martyris.

Duplex 3. lecl.

Omnia de communi, praeter sequentia.

Oratio Sae. gelos.

Sancti Ignatii Sacerdotis et Martyris tui Do-
 mine frequenter laetitia sollemnitas: et de sacer-
 dotalibus nos instruat, te miserante, doctri-
 nis; et de gloria martyrii foveat ubique
 suffragiis. Per Dominum.

Lectio II.

Martyrium sancti Martyris Ignatii Theopatori.
apud Quinarum.

Cum nuper Romanorum imperium exce-
 pisset Trajanus, Ignatius apostoli Joannis
 discipulus, vir erat in omnibus apostolicus,
 summaque cura Antiochenam ecclesiam guber-
 nabat. Hic sponte ductus est ad Trajanum;
 ubi vero in eius conspectu adstitit, quis es, inquit
 Trajanus, o caecodemon, qui nostra mandata
 transgredi eniteris? quin etiam alios, ut idem
 agant suaves, quos nempere misere percauit.
 Ignatius dixit: nemo Theoporum caecodemonem

appellat; abscedunt enim demones a servis
 Dei. Traianus dixit: et quis est Theophorus?
 Ignatius respondit: qui Christum habet in
 pectore. Traianus dixit: illum diuis, qui sub
 Pontio Pilato crucifixus est? Ignatius dixit:
 illum dico, qui meum peccatum cum suo in-
 ventore crucifixit. Traianus dixit: tu ergo
 in te ipso crucifixum geris? Ignatius dixit:
 etiam scriptum est enim: in habitabo in
 ipsis, et inambulabo. Traianus sententiam
 pronuntiavit: Ignatium, qui in se ipso
 crucifixum ferre dicit, precipimus vinculum
 a militibus duci in magnam Romanam ci-
 tatem bestiarum ad populi delectationem
 futurum. Quae sententia audita sanctus
 Martyr cum gaudio exclamavit: Tibi gra-
 tias ago Domine, quia me perfecta erga
 te charitate honorare dignatus es, qui me
 cum apostolo tuo Paulo ferreis vinculis
 vinciri permittis.

R. Et nunc magnificabitur Christus in corpore
 meo sive per vitam, sive per mortem: & mihi
 enim vivere Christus est, et mori lucrum.
V. Ego non solum alligari, sed etiam mori
 paratus sum propter nomen Domini Iesu.
 & mihi. *Philip. i. act. 21.*

LECTIO III.

His diutis vinculisque cum gaudio acceptis,
 a ferocibus et levis militibus raptus est.
 Smyrnam adveniens ecclesis litteras misit,
 que spiritalem cum oratione et exhortatio-
 ne gratiam stillabant. quo ad ecclesiam Ro-
 manam scripserit, subiicimus. obsecro vos:
 simile me ferarum cibum esse, per quas
 Deum consequi licet. Frumentum sum Dei,
 et per ferarum dentes molari sub puris panis
 Christi inveniar. utinam fruatur bestis
 mihi preparatis, quas et oplo mihi promp-
 tas inveniri, quibus et blandiarum dote me

deorent, non ut quodam ueritate non allige-
 unt. Si autem ille repugnantes noluerint,
 ego ui impellam. Ignis et crux, ferarum
 laterus, lacerationes, disjunctiones ossium,
 concisio membrorum, totius corporis confusio-
 nes, dira diaboli tormenta in me ueniant:
 solum modo ut Iesum Christum consequar.
 concedite mihi imitatore[m] et passionis
 Dei mei. Vivens scribo uobis, mori desiderans:
 meus amor crucifixus est. Tandem cum Ro-
 mam aduenisset Ignatius, ad amphithea-
 trum cum festinatione ductus est. Deinde
 confestim immisus in arenam, sine specta-
 culorum imminente, iila feris crudelibus
 iuxta templum expositus est, ubi illico sancti
 Martyris desiderium impleretur. Horum
 nos ipsi spectatores, facti Deum datorem bo-
 norum laudauimus, et sanctum beatum
 diximus, uobisque diem et tempus indicavi-
 mus: ut tempore eius martyrii convenientes,
 Allelu et glorioso ~~et~~ Christi martyri com-
 municemus.

R. Existimo omnia detrimentum esse
 propter eminentem scientiam Iesu Christi
 Domini mei, propter quem omnia detrimen-
 tum feci: & ut Christum lucrifaciam. V.
 Ad cognoscendum illum, et societatem passio-
 num illius, configuratus morti eius. & ut
 gloria. & ut. Philip. 3.

Die II. Februarii.

Præsentatio Domini,

Purificatio Beate Virginis in templo.

Solemnitas II. clavis 12. lect.

ad I. Vesperas antiphona.

1. Ex uera filia Sion: & eue rex tuus ueniet
 tibi iustus et Saluator. Zach. 9.
2. Veniet desideratus cunctis gentibus: &
 et implebo domum istam gloria, dicit
 Dominus. Agg. 2.

3. Magna erit gloria domus istius novissima
plus quam primo: & et in loco isto dabo pacem. ib.

4. Mollite portas principes vestras: & et intro-
ibit rex gloria. Ps. 24.

Leviticus Malach. 3.

Ece ego mitto angelum meum, et preparabit
viam ante faciem meam: et statim veniet ad
templum suum Dominator, quem vos queritis,
et angelus testamenti, quem vos vultis: tunc
venit, dicit Dominus exercituum.

R. br. Benedictus, qui venit & in nomine
Domini:

V. Deus Dominus, et illuxit nobis. Ps. 117.

Hymnus Clun. Sant.

1. Templi sacrae pande sion fores,
Christus sacerdos intrat et hostia: &
Cedant inanes veritatis,
Quo se animis aperit, figura.

2. Non immolandi iam pecudum greges,
Fumabit ater non cruor amplius: &
En ipse placando parenti
Ipse suus Deus adstat aris.

3. Virgo latentis conscia thumini,
Demissa vultus, quem peperit Deum,
Ihunc gestat ulnis: & pauperumque
Munera fert, teneras columbas.

4. Hic omnis etas, omnis et affluat
Sexus, propinquo thumine plenior: &
Omnes anhelantis tot annos
Nunc fidei pretium reportant.

5. Testes tot inter magnanimo, Deus,
Tibi citabat fida silentio, &
Verbi silentis multa mater
Cuncta animo penitus premebat.

6. Nil summa Patri summaque Filio,
Sancto que compar gloria Flamini: &
Sancto eternus Trinitati
Perpetuo pia corda cultu. amen.

V. Benedictionem dabit legislator.

Ps. Videbitur Deus decorum in Sion. Ps. 85.

Ad Magnif. ant. Preparare in occursum Dei
 in Israel: * quia eue formans montes, et
 creans ventum, et annuntians homini eloqui-
 um suum, faciens nubem cinam nebulam,
 et gradiens super excelsa terra: * Dominus Deus
 exercituum nomen eius. Amos 4.

Oratio San. Greg.

Eaudi, quæsumus Domine, plebem tuam: et
 quæ extrinsecus annua tibi devotione vere-
 rarij, interius a sequi gratia tuo luce comede.
 Per Dominum.

Deinde fit commemoratio precedentis.

Clausula hymnorum.

Jesu tibi fit gloria:

Qui natus es de virgine: *

Cum Patre cumque Spiritu

In sempiterna secula. amen.

Ad vigiliis nocturnas.

In vit. Ecce venit ad templum suum domina-
 tor Dominus: * venite adoremus. Mat. 23.

Hymnus Clun. Sant.

1. Anpete gentes, fit Deus hostia,

Se sponte legi legifer obligat: *

Orbis Redemptor num redemptus,

Seque expiat sine labe Mater.

2. De more matrum Virgo puerpera

Templo statulos abstulit dies: *

In trare templum sanctum quid peccabas,

Tacta Dei prius ipsa templum?

3. Ara sub una se vovet hostia

Triplex: honorem virgineum immolat

Virgo sacerdos: * parva mollis

Membra puer, seniorque vitam.

4. Eheu! quot enses transadigent tuum

Bedius! quot actis nata doloribus

O virgo! * quem gestas in utris,

In buet hui sacer agnus aram.

5. Christus futuro, corpus adhuc tener,
 Proleuit infans uictima funeri: &
 Crescit, profuso uir cruore
 Omne scelus moriens piabil.
- G. Nil summa Patri, summaque Filio,
 Sanctoque compar gloria Flammis: &
 Sancto letemus Trinitati
 Perpetuo pia corda cultu. amen.
- In I. Nocturno antiphona.

1. Adhuc unum modicum, et ego commovebo
 coelum et terram: & et ueniet desideratus
 cunctis gentibus. agg. 2.
2. Eue ego adducam seruum meum orientem: &
 et auferam iniquitatem terra in diebus. Zach. 9.
3. Eue uir oriens nomen eius: & ipse portabit
 gloriam, et erit sacerdos super solio suo. ib.
4. Numquid placari potest Dominus in milli-
 bus arietum: & aut in multis millibus
 hircorum pinguium? Nich. 6.
5. Non est mihi uoluntas in uobis, dicit Domi-
 nus exercituum: & et manus non susci-
 piam de manu uestra. Mal. 1.
- G. Ne offeratis ultra sacrificium frustra: &
 sanguinem vitulorum, et agnorum et
 hircorum nolui. Isa. 1.
- V. Sacrificium et oblationem noluisti,
 R. Tunc dixi: eue uenio. Ps. 39.

Lectio I.

De libro Exodi. cap. 13.

Locutus est Dominus ad Moysen dicens: sancti-
 fica mihi omne primogenitum, quod aperit
 uulvam in filiis Israel, tam de hominibus,
 quam de iumentis; mea sunt enim omnia.
 Et ait Moyses ad populum: cum introduxerit
 te Dominus in terram chanaan, sicut iu-
 rauerit tibi et patribus tuis, et dederit tibi
 eam, separabis omne, quod aperit uulvam,
 Domino: quid quid habueris masculini sexus,

Psalmi Nocturnos uno et ad Antiphona
 Sumantur ex feria III. et 2. Psalter

consecrabis Domino. omne autem primo-
genitum hominis de filiis tuis predicabis.

R. Nea sunt omnia primogenita filiorum
Israel: & ex die, quo percussit omne primogeni-
tum in terra Aegypti, sanctificavi eos mihi.

V. Omne masculinum adaperiens vulvum
sanctum Domino vocabitur. & ex die. Num. 8. Luc. 2.

Lectio II.

De libro Levitici. cap. 12.

Cum expleti fuerint dies purgationis: mu-
lieris: deferet agnum anniculum in holo-
caustum, et pullum columbe sine turturem
pro peccato, ad ostium tabernaculi testimonium,
et tradet sacerdoti: qui offeret illa coram Domi-
no, et orabit pro ea; et sic mundabitur. quod
si non invenerit manus eius, nec potuerit
offerre, sumet duos turtures, vel duos pullos
columbarum, unum in holocaustum, et al-
terum pro peccato: orabitque pro ea sacerdos,
et sic mundabitur.

R. Postquam impleti sunt dies purgationis
Marias, intulerunt Jesum in Jerusalem, ut da-
rent hostiam, & secundum quod dictum est in
lege Domini. V. Duos turtures vel duos pullos
columbarum; unum in holocaustum, et alte-
rum pro peccato. & secundum. Luc. 2. Levit. 12.

Lectio III.

Ex Aggeo Propheta. cap. 2.

Factum est verbum Domini in manu Aggei
propheta dicens: loquere ad Zorobabel fi-
lium Balthiel ducem guda, et ad Jesum filium
Josedec sacerdotem magnum, et ad reliquos po-
puli, dicens: quis in vobis est derelictus, qui
vidit domum istam in gloria sua prima?
Et nunquid non ita est, quasi non sit in oculis
vestris? Et nunc confortare Zorobabel, dicit
Dominus, et confortare filii Josedec sacerdotes
magne, et confortare omnis populus terre,
dicit Dominus exercituum: et facile verbum,

quod pepigi vobiscum, cum egrederemini de terra Aegypti, et spiritus meus erit in medio vestrum, nolite timere.

R. Prope feci iustitiam, non elongabitur, et salus mea non morabitur: et dabo in Sion salutem. V. offeretur super placabili altari meo, et domum maiestatis meae glorificabo. et dabo. Isa. 46. 60.

Lectio IV.

Quia haec dicit Dominus exercituum: adhuc unum modicum est, et ego commovebo caelum et terram, et mare et aridam: et movebo omnes gentes. Et veniet desiderata in circuitibus gentibus: et implebo domum istam gloria, dicit Dominus exercituum. Magna erit gloria domus istius novissimo, plus quam primo, dicit Dominus exercituum, et in loco isto dabo pacem.

R. Maiestas Domini ingrepta est templum per viam portae, quae respiciebat ad orientem, et ecce repleta erat gloria Domini domus.

V. Induxerunt puerum Jesum in templum parentes eius, et ecce. V. gloria et repleta.

Ezech. 43. Luc. 2.

In II. Nocturno antiphona.

1. Datum brachiorum tuorum, et sacrificium sanctificationis offeres Domino: et in iustitia sanctorum. Ecli. 4.
2. Quid dignum offeram Domino? et dabo primo genitum meum pro scelere, fructum ventris mei pro peccato. Mih. 6.
3. Sacrificium iusti acceptum est, et memoriam eius non obliviscetur Dominus. Sali. 95.
4. Adducam eos in montem sanctum meum: et viciniis eorum placebunt mihi super altari meo. Isa. 56.
5. Placebit Deo sacrificium iuda et Gerusalem, sicut dies seculi. Mal. 3.
6. Tulerunt parentes Jesum in Gerusalem, et assistent eum Domino. Luc. 2.

¶ Benigne fac Domine in bona voluntate tua
Sion:

¶ Tunc acceptabis sacrificium iustitie. Ps. 50.

Lectio V.

Sermo sancti Gregorii Nysseni.

De occurfu Domini.

Quando circa primitivum presentis festi tem-
poris, is qui, in forma divina existens formam
servi assumpserat, Dei et hominum mediator
latus, legale preceptum exequens, quadra-
ginta dies natus infans, sempiternum illud
verbum, unacum genitrice convenientem
atque prescriptam hostiam portante ad tem-
plum pergebat: incorporeorum spirituum
ordines serviliter cervicem flantes, invisibi-
liliter Deo convenientem pompam parabant,
et ineffabilis sapientie pelagus venerabantur;
et eius, quo primo intuitu obvia vulgoque
nota est, legalis littere constitutionis exple-
tionem et executionem pro manifestatione
mysterii, in Deo, qui omnia creavit, absconditi
expectabant. Eius nos mysterii memoriam
hodie celebrantes, spiritualibus speculationi-
bus nos oblectemur, et divinorum miraculorum
majestatem predicatione atque laudatione
celebrantes, socii illorum dignitatis officiamur.

¶ Ex Sion species decoris eius, Deus manifeste
veniet: et congregate illi sanctos eius, qui ordi-
nant testamentum eius super sacrificia. V.
Ecce venit ad templum suum dominator, quem
vos metis et congregate. Ps. 29. Mal. 3.

Lectio VI.

Jam nunc quidem carnem indutus Deus primo-
genitum diaboli sobolem sive peccatum et
mortalitatem et abolevit, et simul atque natus
est in carne, condemnationem vitiositatis filii
consecuit, et absolutam eius abolitionem per
sepe prostravit ac representavit. Sanctificat
autem Deo et Patri non solum hominum par-
tus primogenitos, sed etiam omne genus huma-
num per eos, quas in se sumpsit, nostro masco

atque materia primitias, id est, per carnem a nobis sumptam, totam ad sanctificationem quasi fermentans humane naturae massam atque concretionem. etiam merito dixerim ego quoque nunc, sicuti diximus ait apostolus: Si primitiae sanctae sunt, etiam materia atque masa inde confecta sancta fuerit.

R. Homo erat in Ierusalem, cui nomen Simeon, et ille iustus et timoratus, et expectans consolationem Israel. V. Expecta Dominum, quia veniens veniet et non tardabit: iustus autem in fide sua vivet, et expectans. Luc. 2. Hab. 2.

Lectio VII.

Porro quo ex lege fiebat estimatio quinque Didrachmorum pro unoquoque primogenito, per absurdas verborum ambages et involucria significare solet, oportere unumquemque nostrum omnes sensus Deo sanctificare atque ea quo per sensus fiunt, purum et ab omni inhonesta voluptate alienum quasi quoddam redemptionis pretium sanctum atque legitimum offerre creatori. Huius sacri diei festi nos hodie memoriam celebramus, hoc mysterii explicatio spiritualis, presentem sanctum atque solemnem conventum coegit: qua explanatione ex lege quidem, ut apparebat, servator offerebatur, sed ut spiritu intelligitur et mente percipitur, primitias nostrae conspersiois bati offerens totam eam sacram reddebat, et ad divinam oblationem idoneam efficiebat.

R. Oculus non vidit, et auris non audivit, et non in corde hominis cogitatum est, quod tu faceris: et occurristi letanti et facienti iustitiam. V. Venit Simeon in spiritu in templum, cum inducerent pueram Jesum parentes eius, et occurristi. Mat. 23. Luc. 2.

Lectio VIII.

Et vos igitur, qui lumine gratiae illustramur, qui vera et manifesta spe nitimur et adjuvamus, qui viribus spiritus confirmamur, ne

discedamus a sacris doctrinis, ex quibus salubris
 habitus animis inrasi consuevit: ne cogita-
 tiones nostras circumvagari et a timore Dei
 aberrare sinamus, sed ex ipso et per ipsum car-
 nes nostras ac sensus nostros configamus. Of-
 feramus etiam nos ad superum altare bonam
 caritativum animi et corporis puritatem:
 sicut tamquam duos pullos columbarum pro-
 visionem bonarum aut honestarum rerum
 non solum coram Domino, verum etiam coram
 hominibus: ut etiam nos omnibus, quae lex di-
 vina proscribit, spiritualiter defuncti, et sapien-
 tia ac gratia proficientes revertamur in pa-
 triam nostram veram, caelestem Hierosolimam,
 in qua digni efficiamur, qui beata atque per-
 petua laetitia simul et regno fruamur.

R. Benedixit Deum Simeon et dixit: et tunc di-
 mittis servum tuum Domine secundum verbum
 tuum in pace: et quia viderunt oculi mei salutare
 tuum. V. Expectans expectavi Dominum, et
 intendit mihi, et exaudivit preces meas: et implevit
 in os meum canticum novum. et tunc. V. gloria.
 et quia. Luc. 2. Ps. 84.

In III. Nocturno.

Ant. Lauda filia Sion. Dominus Deus tuus
 in medio tui fortis: et ipse salvabit. Soph. 2.

Cantica vel in festo octavitatis Domini.

V. Viderunt ingressus tuos Deus.

R. Ingressus Dei mei, Regis mei, qui est in caelo. Ps. 67.

Lectio IX.

De epistola beati Pauli apostoli
 ad Hebraeos. cap. 10.

Umbram habens lex futurorum bonorum,
 non ipsam imaginem rerum, per singulos
 annos eisdem ipsis hostiis, quas offerunt inde-
 linenter, nunquam potest accedentes perfectos
 facere; alioquin cessarent offerri, ideo quod
 nullam haberent ultra conscientiam peccati,
 excuteres semel mundati: sed in ipsis comme-
 moratio peccatorum per singulos annos fit.

Impossibile enim est sanguine taurorum et hircorum auferri peccata.

R. Quod impossibile erat legi, deus Filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, de peccato damnavit peccatum, & ubi iustificatio legis implebatur in nobis. v. Nisi deus Filium suum factum ex muliere, factum sub lege. & ut. Rom. 8. Gal. 4.

Lectio X.

Ipse ingrediens mundum dicit: hostiam et oblationem noluisti; corpus autem mactasti mihi: holocausta pro peccato non tibi placuerunt; tunc dicit: ecce venio; in capite libri scriptum est de me, ut faciam deus voluntatem tuam. Superius dicens: quia hostias et oblationes et holocausta pro peccato noluisti, nec placita sunt tibi, quae secundum legem offeruntur; tunc dicit: ecce venio, ut faciam deus voluntatem tuam; auferat primum, ut sequens statuat. In qua voluntate sanctificati sumus per oblationem corporis Iesu Christi semel.

R. Christus semel in consummatione seculorum & ad destructionem peccati, per hostiam suam apparuit. v. Oblatus est, quia ipse voluit, et peccata multorum tulit. & ad. Hebr. 9. Isa. 53.

Lectio XI.

Et omnis quidem sacerdos proesto est, quotidie ministrans, et eadem saepe offerens hostias, quae nunquam possunt auferre peccata. Hic autem unam pro peccatis offerens hostiam, in sempiternum sedet in dextra Dei, de cetero expectans, donec ponantur inimici eius scabellum pedum eius. Una enim oblatione consummavit in sempiternum sanctificatos. Contestatur autem nos et spiritus sanctus; postquam enim dixit: hoc autem testamentum, quod testabor ad illos post

Dies illos, dicit Dominus, dando leges meas in
cordibus eorum, et in mentibus eorum super-
scribam eas; et peccatorum et iniquitatum
eorum iam non recordabor amplius. ubi
autem horum remissio, iam non est oblatio
pro peccato.

¶ In priori tabernaculo semper introibant
sacerdotes, sacrificiorum officia consummantes:
nunc autem Christus semel oblatus est ad
mellorum exhauricanda peccata. V. Quomodo
multitudinem victimarum vestrarum, dicit
Dominus? plenus sum. & Christus. Hebr. 9. 11. 12.

Lectio XII.

Habentes itaque, fratres, fiduciam in introitu
sanctorum in sanguine Christi, quam in itia-
bil nobis viam novam et viventem per uela-
men, id est carnem suam, et sacerdotem mag-
num super domum Dei: auedamus cum uero
corde, in plenitudine fidei, aspersi corda a
conscientia mala, et abluti corpus aqua
munda, teneamus spei nostro confessionem
indeclinabilem; fidelis enim est, qui repro-
misit: et consideremus in uicem in provocatio-
nem charitatis et honorum operum: non de-
serentes collectionem nostram, sicut consue-
tū est quibusdam; sed consolantes, et tanto
magis, quanto uideritis appropinquante
diem.

¶ Adicamus cum fiducia ad thronum gratiae, &
ut misericordiam consequamur, et gratiam
inueniamus in auxilio opportuno. V. Num-
demus nos ab omni inquinamento, perficien-
tes sanctificationem in timore Dei. & ut. B.
gloria. & ut. Hebr. 4. 2. Cor. 7.

Sequentia sancti euangelii secundum Lucam. cap. 2.

In illo tempore: Postquam impleti sunt dies
purgationis Mariae secundum legem Moysi,
dulerunt Iesum in Ierosalem, ut scirent

cum Domino, sicut scriptum est in lege Domini:
 quia omne masculinum adaperiens vulvam,
 sanctum Domino vocabitur; et ubi daret ho-
 stiam, secundum quod dictum est in lege Do-
 mini, paritururum aut duos pullos colum-
 barum. Et ecce homo erat in Ierusalem, cui
 nomen Simeon, et homo iste iustus et timo-
 ratus, expectans consolationem Israel, et
 Spiritus sanctus erat in eo. Et responsum acce-
 perat a Spiritu sancto, non visurum se mortem,
 nisi prius videret Christum Domini. Et venit
 in spiritum in templum. Et cum inducerent pue-
 rum Jesum parentes eius, ut facerent secundum
 consuetudinem legis pro eo: et ipse aucepit
 eum in ulnas suas, et benedixit Deum, et
 dixit: et nunc dimittis seruum tuum Domine,
 secundum verbum tuum in pace: quia vide-
 runt oculi mei salutare tuum, quod parasti
 ante faciem omnium populorum, id est
 ad revelationem gentium, et gloriam plebis
 tue Israel.

Oratio ut infra.

Ad laudes Matutinas et horas.

antiphona.

1. Ingressus in mundum Christus dicit: &
 ecce venio, ut faciam deus voluntatem tuam.
Hebr. 10.
2. Diligit nos et tradidit semetipsum pro no-
 bis & oblationem et hostiam deo in odo-
 rem suavitatis. Ephes. 5.
3. Oblatus est ad multorum exhaurienda
 peccata: & apparebit expectantibus se
 in salutem. Hebr. 9.
4. Per ipsum offeramus hostiam laudis
 semper deo: & fructum calicorum confi-
 tentium nomini eius. Hebr. 13.
5. ad laudes. Laudetur Israel in eo, qui fecit
 eum: & filii Sion exultent in rege suo.
Ps. 149.

Letitio Coloss. 1.

Mysterium, quod absconditum fuit a seculis
et generationibus, nunc manifestatum est
sanctis eius: quibus voluit Deus notas facere
divitias gloriose sacramenti huius, quod est Christus.

Ps. Si vivit in te anima mea: * in sancto ap-
parui tibi.

V. Ut viderem virtutem tuam, et gloriam
tuam. *Ps.* 62.

Hymnus An. Sant.

1. Fumant Sabaeis templa vaporibus:
Ab sacra pascunt: iam proit hostia: *
Sequamur omnes, et vicipim
Puro animo memores, letemus.

2. Lumen ministrum, splendidior fides:
Ministrum ignem, flammae charitas: *
Fundatque divinos odores
Innocuo bona fama vitae.

3. Vitae nocentis quid trahimus moras?
Sic fas beato cum se nos mori! *
Ut quem sub aris immolatum
Vidimus, hoc etiam fruamur.

4. Si summa Patri, summaque Filio,
Sandoque compar gloria Flamini: *
Sando letemus Trinitati
Perpetuo pia corda cultu. amen.

V. Melior est misericordia tua super vitas.

R. Labia mea laudabunt te. *Ps.* 62.

Ad Bened. ant. Responsum accepit Simeon
a Spiritu sancto, non visurum se mortem, nisi
prius videret Christum Domini: * et accepit
Iesum in ulnas suas, et benedixit Deum. *Luc.* 2.

Oratio sac. Greg.

Omnipotens sempiternae Deus, Majestatem
tuam supplices exoramus: ut sicut unigenitus
Filius tuus hodierna die cum nostro carnis
Substantia in templo est presentatus, ita nos
facias purificatis tibi mentibus presentari.
Per eundem Dominum.

Ad Terham. Latio Hebr. g.

Sanguis Christi, qui per Spiritum sanctum
semetipsum obtulit immaculatum deo, emun-
dabit conscientiam nostram ab operibus mor-
tuis, ad servandum deo viventi.

V. Ipse redimet Israel,

R. Ex omnibus iniquitatibus eius. Ps. 129.

Ad Sextam. Lectio Hebr. 10.

Christus unam pro peccatis offerens hostiam,
in sempiternum sedet in Dextra Dei: una
enim oblatione consummavit in sempi-
ternum sanctificatos.

V. Suscepimus Deus misericordiam tuam.

R. In medio templi tui. Ps. 47.

Ad Nonam. Lectio 1. Petri 2.

Accedentes ad lapidem vivum et homini-
bus quidem reprobatum, a Deo autem elec-
tum et honorificatum, et ipsi tanquam
lapides vivi superedificamini, domus spi-
ritualis, sacerdotium sanctum, offerre
spirituales hostias, acceptabiles Deo per
Iesum Christum.

V. Sacrificium Deo spiritus contribulatus,

R. Cor contritum et humiliatum Deus
non despicies. Ps. 50.

Ad II. Vesperas.

Omnia fiunt de festo sequente, cum memoria
precedentis, ut infra. Si vero hoc festum ha-
beat eas integras, antiphona sumuntur ex
matutinis.

Lectio Hebr. 9.

Christus semel in consummatione seculorum
ad desolationem peccati per hostiam suam
apparuit.

R. Or. Antiphona ut in primis vespereis.

V. audivit et celata est sion:

R. Propter iudicia tua Domine. Ps. 96.

ad Magnif. ant. Lauda filia sion. Dexterae
Dominus in medio tui: * non timebis malum

ultra. Soph. 2.

Oratio ex Matutinis.

si festum hoc venerit in Dominica maiore,
in Septuagesima, non transferatur, cum sit
festum Domini, quod a Dominica non excluditur.

Die III. Februarii.

S. B. et Blasii Episcopi et Martyris.

Festivitas I. Blasii. 12. lect.

Cum octava maiore extra quadragesimam.

Ad I. Vesperas. antiphona.

1. Suscitavit Dominus ab oriente Iusum: &
vocavit eum, ut sequeretur se. ps. 41.
2. Dabit in conspectu eius gentes et reges obline-
bit: & transibit in pacem. ibid.
3. Ne timeas, quia ego tecum sum: confortavi
te, et auxiliatus sum tibi: & suscepisti te
dextera iusti mei. ib.
4. Ecce confundentur omnes, qui pugnant ad-
versum te: & erunt quasi non sint, et peri-
bunt viri, qui contradicunt tibi. ibid.

Lectio Jer. j.

Ad omnia que misit tibi ibis, et universa,
quocumque mandavero tibi loqueris: ne timeas
a facie eorum; quia tecum ego sum, et servam
te, dicit Dominus.

R. br. Dominus salus mea, quem timebo? &

Dominus protector vite mee.

V. Si exurgat adversum me prelium, in hoc
ego sperabo. ps. 26.

Hymnus Sancti Blasii de S. Sulpitio.

1. Quo dies terris tibi sacra Blasii,
Hoc redit nobis celebranda votis: &
Tu bonus nostras, petimus, clientium
Suscipe laudes.
2. Hauseras sacros meditando libros,
et magna coelestis documenta vite: &
Hinc mariescunt, calefacta puris
Pectora flammis.
3. Dandior quid quid male fundes, et
Trenat austero pietatis ardor: &
In legum pectus violare numquam
Ausa voluptas.

4. Subjugo sensus fuliginis severo,
Sola mens regnat, sociumque poenis
Edoma & corpus: & domitoque vires
Sumit ab hoste.

5. Victimam Christo caput immolare
Totus ardebas: & tua fortiori
Que servatur referenda luctu
Cognita virtus.

6. Vostre te summum celebrent parentem
Cra, te summo genitum parente: &
Par sit amborum tibi laus per omne
Spiritus avum. amen.

V. Susceptor meus es tu Domine.

R. Et in verbum tuum super speravi. Ps. 118.

Ad Magnif. ant. Confortare et esto robustus:
noli memere et noli timere: & quoniam
tecum est Dominus Deus tuus in omnibus,
ad quocumque perrexeris. Jos. i.

Oratio Saer. Gelas.

Omnipotens sempiternae Deus, qui in omnium
Sanctorum tuorum es virtute mirabilis:
Da nobis beati Blasii solemnitatem congruis
honoribus, et sedula imitatione celebrare;
qui filii tui martyr et Pontifex quod mini-
sterio gessit, testimonio comprobavit: et
quod predicavit ore, confirmavit exemplo.
Per eundem Dominum.

Et sit commemoratio procedenti festi.

Ad Vigiliis nocturnas.

In vit. Mirificavit Dominus sanctum
suum: & Venite adoremus. Ps. 118.

Hymnus Saer.

i. Tempula te poscunt, rogatae civis,
Omnibus gratius peleris sacerdos: &
Terre nunc discas tibi destinata
Pondera mitre.

2. Efficax tristis removere morbos,
Et potens dura dare jura morbi,
Morbidis confer animis salutem,
Vulnera sanat.

3. Jam gregi notus bonus ipse pastor,
Grexque pastori; vigil excubavit:
Credito ne quid rabie luporum
De grege perdat.

4. Quos docet nondum stabiles alumnos,
Firmat exemplis, animasque factis:
Sic fides crescit, cadit terror, inde
In frenis hostis.

promis firmas, acij

5. Nostra te summum celebrant Parentem
Ora, te summo genitum Parente,
Car sit amborum tibi laus per omne
Spiritus eorum. amen.

In I. claudurno antiphona.

1. Surrexit quasi ignis: et verbum ipsius quasi
facula ardebat. Euli. 48.

2. Proficiebat, atque crescebat, et placebat
tam Domino, quam hominibus. 1. Reg. 2.

3. Cognovit uniuersus populus, et quod fidelis
propheta esset Domini. ib. 3.

4. Fuit vir iustus, et timens Deum, et testi-
monium habens ab uniuersa gente. act. 10.

5. Erat vir amator civitatis: et bene audiens
pro affectu pater appellabatur. 2. Mach. 14.

6. Excelsum fecit eum Dominus: et dedit illi
sacerdotium gentis. Euli. 45.

7. Posui adiutorium in potente:

8. Et ex aethiopi dilectum de plebe mea. Ps. 88.

Lectio I.

De libro Eclesiastici. cap. 50.

Ecce Sacerdos magnus, qui in vita sua sus-
cepit domum, et in diebus suis corrobora-
vit templum. In diebus ipsius emanave-
runt putei aquarum, et quasi mare

adimpleti sunt supra modum. Quicquid
gentem suam, et liberavit eam a perditione.
qui provaluit amplificare civitatem, qui
adeptus est gloriam in conversatione gentis,
et ingressum domus et atrii amplificavit.
quasi stella matutina in medio nebula, et
quasi luna plena in diebus suis luceat: et
quasi sol refulgens, sic ille effulsit in templo
Dei.

R. Suscitabo super oves meas pastorem, qui
pascuas eas: ego autem Dominus ero eis in
Deum: et servus meus princeps in medio
eorum. V. Hic est princeps fratrum, fir-
mamentum gentis, stabilimentum populi:
et servus. Ezech. 34. Euli. 49.

Lectio II.

Quasi vas auri solidum, ornatum omni
lapide pretioso: quasi oliva pullulans, et
cypripus in altitudinem se extollens, in
accipiendo ipsum stolam glorio, et vestiri-
cum in consummationem virtutis. In asse
altaris sancti, gloriam dedit sanctitatis amio-
rum. Oblatio autem Domini in manibus
ipsorum coram omni synagoga Israel: et con-
summatione fungens in ara, amplificare
oblationem excelsi Regis. Porrexit manum
suam in libatione, et libavit de sanguine
ureo. Effudit in fundamento altaris odo-
rem divinum excelsi Principi.

R. In bonitate et alacritate animo suo
placuit deo pro populo: et ideo statuit illi
testamentum pacis, principem sanctorum
Argentis suo. V. Erunt ipsi pactum sacerdotii
sempiternum, quia delatus est pro deo suo, et
expiavit scelus filiorum Israel. et deo. Euli. 45.

Num. 25.

Lectio III.

Tunc exclamaverunt filii Aaron, in tubis productilibus sonuerunt, et auditam fecerunt vocem magnam in memoriam coram deo. Et ceciderunt in faciem super terram, adorare Dominum deum suum, et dare preces omnipotenti deo excelso. Et amplificaverunt psaltes in vocibus suis, et in magna domo auditus est sonus suavitate plenus. Et rogavit populus Dominum excelsum in prece, usque dum perfectus est honor Domini, et munus suum perfecerunt.

R. Scitis a prima die, qualiter vobiscum per omne tempus fuerim: & serviens Domino cum omni humilitate, et lacrymis, et lamentationibus. V. Vir simplex et rectus, actinens deum, et recedens a malo. & serviens. act. 20. Job. 1.

Lectio IV.

Tunc descendens manus suas extulit in omnem congregationem filiorum Israel, dare gloriam deo a labiis suis, et in nomine ipsius gloriari. Et iteravit orationem suam, valens ostendere virtutem Dei. Et nunc orate deum omnium, qui magna fecit in omni terra, qui auxit dies nostros a ventre matris nostre, et fecit nobiscum secundum suam misericordiam. De nobis incunditatem cordis, et fieri pacem in diebus nostris in Israel per dies sempiternos; credere Israel, nobiscum ope Dei misericordiam, ut liberet nos in diebus suis.

R. Hic est, qui fuit in ecclesia cum patribus nostris: & qui & auget verba vite dare nobis. V. Audivit eum Dominus et vocem ipsius: et dedit illi precepta, et legem vite et disciplina. & auget. V. gloria. & auget. act. 17. Gal. 45.

In II. nocturno antiphona.

1. et nihil subtraxi uti tuum: & quo minus
annuntiarem et docerem publice et per
domos. act. 20.
2. Recede hinc, et vade contra orientem: &
abscondere. G. Reg. 17.
3. Magnificavit eum in timore inimico-
rum: & in verbis suis monstra placavit.
Euli. 48.
4. Quid huiusmodi in spelunca? & egredere, et
sta coram Domino. G. Reg. 19.
5. Preordinavit te Deus, ut videres justum: &
quia eris testis illius. act. 22.
6. Certa bonum certamen fidei: & appre-
hende vitam eternam. 1. Tim. 6.
7. Expecta Dominum, viriliter age:
R. Confortetur cor tuum, et sustine Do-
minum. Ps. 26.

Lectio V.

Ex antiquis martyrologiis, aliisque
monumentis ecclesiasticis.

Sanctus Blasius Sebaste, armenie primo
metropoli, Episcopus, sub Dioclethiano Im-
peratore multa pro christi fide defendenda
et conservando grege suo per tulit, ac usque
ad Licinii Cesaris tempora perduravit: qui
novam contra Episcopos presertim et
milites christianos persecutionem commo-
vit. In hac variis tormentis ab agricolao
Praefide affectus Blasius novissime glorio-
sa morte illustre christo testimonium de-
dit circa annum trecentesium decimum
nonum. Successorem habuit Petrum, qui
saras quadraginta Martyrum Reliquias
collegisse in eorum actis legitur.

R. Pilatus vidit gloriam populo suo, et om-
nes operarii iniquitatis contra ~~batistam~~ ~~filii~~ ~~et~~ ~~verbalis~~ ~~fund~~ ~~et~~ *
et directa est salus in manu eius. A. Domi-
nus agebat, qui salvi fierent quotidie in
dyppsum. & et. 1. Math. G. act. 2.

Lectio VI.

Magni huius Martyris cultum apud orientales ecclesias celeberrimum iam ab antiquis temporibus ob insignem eius sanctitalem atque miracula fuisse, ex vetustissimis eorum menologis patet. Quis interceptione gutturis malo affectos sanari, ~~et~~ ~~facto sanari~~, testis est Aetius antiochenus medicus circa finem seculi quarti. Non minus celebris ac universalis fuit per omnes Occidentis, Germania praecipue et Galliarum ecclesias sancti Blasii memoria, cuius honori iam seculo septimo apud Erfordiam Thuringia urbem ecclesia erecta legitur. Aucta est hoc devotio, eo maxime tempore, quo sancti Martyris Reliquiae huc illuc per Galliam et Galliam varie translatae sunt: populis undique ad eius patrocinium confugientibus; quo etiam factum, ut primus ei locus inter insignes sanctos, quos auxiliares vocant, tribueretur.

R. Die nocturne est urebare et gelus fugitque somnus ab oculis meis: et afflictionem meam et laborem respexit Deus. V.

Non cessavi cum lacrymis monere unumquemque vestrum: et nunc commendo vos Deo. et afflictionem. Gen. 51. ad. 20.

Lectio VII.

Sermo sancti Augustini Episcopi.

Serm. 371. De S. Cypriano.

Istum nobis festum diem passio beatissimi Blasii Martyris fecit: cuius nos victoriae celebritas in istum locum devotissimos congregavit. Sed celebratio solemnitate Martyrum, imitatio debet esse virtutum. Facile est honorem Martyris celebrari: magnum est eadem atque patientiam Martyris imitari. Hoc sic agamus, ut illud optemus. Quid laudamus in fide Martyris? quia usque ad mortem

pro veritate certavit, et ideo vicit. Adan-
dientem mundum contempsit, servienti non
cessit: ideo victor ad Deum accessit. Abundans
in isto seculo errores et terrores: beatissimus
et Martyr errores sapientia, terrores patientia
superavit. et Magnum est, quod fecit, seculus
agnum, leonem vicit. quando persecutor
Levibal, leo fremebat: sed quia agnus sursum
attendebatur, leo deorsum calcabatur: qui
morte mortem destruxit, ligno pependit, sangui-
nem fudit, mundum redemit.

R. Vade, intra incubacula tua, abscondere
modicum ad momentum: & donec pertran-
seat indignatio. V. Elongavi fugiens, et
mansi in solitudine. & donec. Ps. 26. Ps. 54.

Lectio VIII.

Contemnite ergo seculum Christiani, con-
temnite seculum, contemnite. contemserunt
et Martyres, contemserunt apostoli, contempsit
beatus Blasius, cuius hodie memoriam celebra-
mus. Divites esse vultus: totum ille contem-
psit, ad cuius memoriam convenistis. Quid ob-
servo tantum amatis, quod contempsit, quem
si honoratis? Inem, si ista non contempsisset,
non utique si honoraretis. quare te invenio
earum rerum amatorem, quarum veneraris
contemptorem? Certe illum, si hoc amaret, non
venerares. Et tu noli amare: non enim, et
ostium contra te clausit. Contemne et tu, et intra
post illum, Pale, qua intres: Christus est janua.

R. Angelus Domini te liget eum, dixit qua
illi: surge et comede; grandis enim tibi
restat via: qui comedit et bibit: & et am-
bulavit in fortitudine cibi illius. V. Ciba-
vit illum pane vita et intellectus, et fir-
mabitur in illo. & c. V. gloria. F ambulavit.
D. Reg. 19. Euli. 15.

In III. et nocturno.

Ant. Locutus est Dominus, verba carminis
sui, & in die, qua liberavit eum Dominus
de manu omnium inimicorum suorum.
2. Reg. 22.

Canticum I. ibid.

Dominus petra mea, et robur meum, et sal-
vator meus: & Deus fortis meus, sperabo
in eum:

Salutem meam et cornu salutis meae, et levator
meus et refugium meum: & salvator meus
de iniquitate liberabis me.

Laudabilem invocabo Dominum: & et ab inimi-
cis meis salvus ero.

Misit de excelsis, et aspexit me: & et ex traxit
me de aquis multis.

Liberavit me ab inimico meo potentissimo,
et ab his, qui oderant me: & quoniam robu-
stiores me erant.

Prevenit me in die afflictionis meae, & et factus
est Dominus firmamentum meum.

Et duxit me in latitudinem: & liberavit me,
quia complacui ei.

Canticum II. ibid.

Retribuet mihi Dominus secundum justitiam
meam: & et secundum mandatum manuum
suarum reddet mihi.

Quia custodivi vias Domini, & et non egi impie-
a Deo meo.

Omnia enim judicia eius in conspectu meo: & et
procepta eius non amovi a me.

Quia tu lucerna mea Domine: & et tu Domine
illuminabis tenebras meas.

In te enim curram acinthus: & in Deo meo tran-
siliam murum.

Deus, immaculata via eius, eloquium Domini

igne examinatum: & scutum est om-
nium sperantium in se.

Canticum III. ibid.

Quis est Deus proter Dominum? & quis
fortis proter Deum nostrum?

Deus qui circumdedit me fortitudine: & com-
planavit viam meam:

Conquans pedes meos ceruicis: & super excelsa
mea statuens me:

Docens manus meas ad proelium: & componens
quasi arcum arcum brachia mea.

Dedisti mihi clypeum salutis huius: & et man-
fudo tua multiplicavit me.

Vivit Dominus, et benedictus Deus meus: & et ex-
altabitur Deus fortis salutis mea.

Ant. Locutus est Domino verba carminis
huius, & in die, qua liberauit eum Dominus
de manu omnium inimicorum suorum. 2. Reg. 22.

V. Adjutor meus, tibi psallam:

R. Quia Deus susceptor meus es. Ps. 58.

Lectio IX.

De epistola secunda beati Pauli apostoli
ad Corinthios. cap. 4.

Habentes administrationem, juxta quod mi-
sericordiam consecuti sumus, non deficiamus:
sed abdicamus occulta de decore, non ambulantes
in astutia, neque aduherantes verbum Dei, sed
in manifestatione veritatis commendantes
nos metipsos ad omnem conscientiam hominum
coram Deo. Quod si etiam operatum est Evangelium,
in iis, qui perierunt, est operatum: in quibus Deus
huius seculi excecavit mentes infidelium,
ut non fulgeat illis illuminatio Evangelii
glorie Christi, qui est imago Dei. Non enim
nos metipsos predicamus, sed Jesum Christum
Dominum nostrum: nos autem seruos vestros
per Jesum.

R. Deo delatus sum pro Domino, quia
 prophetas tuos occiderunt gladio: & relictus
 sum ego solus, et quorunt animam meam.
 V. Ne formides a facie eorum, quia ego tecum
 sum, ut liberem te. & relictus. 2. Reg. 19. Jer. 1.

Lectio X.

Quoniam Deus, qui dixit de tenebris lumen
 splendescere, ipse illuxit in cordibus vestris, ad
 illuminationem scientie claritatis Dei, in
 facie Christi Jesu. Habemus autem thesaurum
 istum in vasibus fictilibus, ut sublimitas sit
 virtutis Dei, et non ex nobis. In omnibus tri-
 bulationem patimur, sed non angustiatur.
 aperiatur, sed non destituimur: persecutio-
 nem patimur, sed non derelinquimur: deici-
 mur, sed non perimus: semper mortificatio-
 nem Jesu in corpore nostro circumferentes,
 ut et vita Jesu manifestetur in corporibus
 nostris. Semper enim nos, qui vivimus, in
 mortem tradimur propter Jesum, ut et vita
 Jesu manifestetur in carne nostra mortali.

R. Accinge lumbos tuos, et surge, & loquere
 ad eos omnia, quae ego precipio tibi. V. et sic
 cogitare, quomodo aut quid loquamini, dabi-
 tur enim vobis in illa hora quid loquamini.
 & loquere. Jer. 1. Matth. 10.

Lectio XI.

Habentes autem eundem spiritum fidei,
 sicut scriptum est. credidi, propter quod locutus;
 et nos credimus, propter quod et loquimur:
 scientes, quoniam qui suscitavit Jesum, et nos
 cum Jesu suscitabit, et constituet vobiscum.
 Omnia enim propter vos, ut gratia abundans
 per multos in gratiarum actione abundet
 in gloriam Dei. Propter quod non deficimus;
 sed licet his, qui foris est, noster homo corrupta-
 tur, tamen is, qui intus est, renovatur de die in diem.

R. Custodivit illum Dominus ab inimicis,
 descendit cum illo in foveam: & et in vinculis non
 dereliquit illum. *V.* Erat Deus cum eo, et eri-
 puit eum ex omnibus tribulationibus eius.
 * et in. Sap. jo. ad. 7.

Lectio XII.

Quoniam, quod in presenti est momentaneum
 et leve tribulationis nostre supra modum
 in sublimitate eternum glorie pondus ope-
 ratum in nobis, non contemplantibus nobis,
 que videntur, sed que non videntur. que enim
 videntur, temporalia sunt, que autem non
 videntur, eterna sunt. Scimus enim, quo-
 niam si terrena domus nostra huius habi-
 tationis dissolvatur, quod adificationem ex
 Deo habemus, domum non manufactam,
 eternam in caelis. Nam et in hoc ingenisi-
 mus, habitationem nostram, quod de caelo est,
 superindui cupientes: si tamen vestiti, non
 nudi inveniamur.

R. Liberavit me Dominus ab omni opere
 malo: & et salvum faciet in regnum suum
 coeleste. *V.* In die tribulationis exultabo
 in Deo Jesu meo; super excelsa deducet me
 victor. * et. *V.* gloria. *F.* Salvum. 2. Tim. 4.
Hab. 5.

Sequentia sancti Evangelii secundum
 Mattheum. cap. 10.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis:
 cum persequentur vos in civitate ista, fugite
 in aliam. Amen dico vobis, non consummabitur
 civitates Israel, donec veniat Filius hominis.
 Non est discipulus super magistrum, nec servus
 super dominum suum. Sufficit discipulo,
 ut sit sicut magister eius. Si patrem familias
 decet debet vocaverunt, quanto magis do-
 mesticos eius! Ne ergo timueritis eos. nihil
 enim est operatum, quod non revelabitur, et
 occultatum, quod non scietur. Quod dico vobis

in tenebris, dicite in lumine; et quod in aure
auditis, predicale super tella. Et nolite timere
eos, qui occidunt corpus, animam autem non
possunt occidere. Sed potius timele eum, qui
potest et animam et corpus perdere in
gehennam.

Ad laudes matutinas et horas antiphona.

1. Quicumque glorificaverit me, glorificabo
eum; & dicit Dominus. 1. Reg. 2.
2. Glorificatus sum in oculis Domini; & et
Deus meus factus est fortitudo mea. Ps. 49.
3. In medio populi sui exaltabitur; & et in
plenitudine sancta admirabitur. Euli. 24.
4. Deus vestivit illum virtute, & et dedit illi
potestatem eorum, quo sunt super terram.
Caeli. 17.

5. ad laudes. Cantate Domino, laudate Domi-
num; & quia liberavit animam pauperis
de manu malorum. Jer. 20.

Lectio Baruch.

Exue te stola luctus et vexationis tuae, et
indue te decore sempiterno glorio: circum-
dabit te Deus diploide iustitiae, et imponet
mitram capiti honoris aeterni.

Ps. 146. Magna est gloria eius; & in salutaribus
suis.

18. Gloriam et magnum decorem impones
super eum. Ps. 20.

Hymnus laus.

1. Tempora solem nem resonant triumphum,
Hoc dies longi pretium laboris; &
Arenuum Christi pugilem supremas
Vexil ad arces.

2. Aunius Christi raperis sacerdos,
Carnifex torquet: tremuere turba; &
et ille tremens unus pia colla plasi
Subiias exsi.

3. Mox triumphali petis astra curru,
Splendida frontem redimite lauro; &

Compedes, virgo, gladii, facesque
 Pompa triumphi.

4. Victori: exemplis animosiores
 Fac tuis nostras sociare palmas: &
 Et quibus Christi superemus hostes,
 Alma ministra.

5. Nostra te summum celebrent Parentem
 Ora, te summo genitum Parente: &
 Pars sit amborum tibi laus per omne
 Spiritus eorum. amen.

6. Retribuens mihi Dominus secundum iusti-
 tiam meam:

R. Quia custodivi vias Domini. Ps. 117.

Ad Bened. ant. Donum certamen certavi, cur-
 sum consummavi, fidem servavi: & in reliquo
 reposita est mihi corona iustitiae. 2. Tim. 4.

Oratio Sar. gel.

Omnipotens sempiternus Deus, qui in omnium
 Sanctorum tuorum es viriditate mirabilis: da
 nobis beati Blasii sollemnitate congruis ho-
 noribus et sedula imitatione celebrare;
 qui Filii tui Martyr et Pontifex quod ministe-
 rio cepit, testimonio comprobavit, et quod
 predicavit ore, confirmavit exemplo. Per eundem.

Ad Tertiam. Lectio Ps. 43.

Cum transieris per aquas tecum ero, et flumi-
 na non operient te: ex quo honorabilis factus
 es in oculis meis et gloriosus: ego dilexi te, et
 dabo homines pro te, et populos pro anima tua.

V. Cum ipso sum in tribulatione:

R. Eripiam eum, et glorificabo eum. Ps. 90.

Ad Sextam. Lectio Euli. 118.

Amplificatus est in mirabilibus suis: nec su-
 peravit illum verbum aliquod, et mortuum
 prophetavit corpus eius: in vita sua fecit mon-
 strae, et in morte mirabilia operatus est.

V. Mirabilis Deus in sanctis suis:
 R. Ipse dabit virtutem et fortitudinem plebi
 suae. Ps. 67.

Ad Vesperas. Lectio Lati. 48.

Glorificavit illum in conspectu regum, et
 inquit illi coram populo suo, et ostendit illi
 gloriam suam; in fide et lenitate ipsius sanc-
 tum fecit illum, et elegit eum ex omni carne.

V. Gloria et honore coronasti eum Domine:
 R. Et constituisti eum super opera manuum
 tuarum. Ps. 8.

Ad II. Vesperas.

Antiphona ex laudibus.

Lectio. 2. Math. 15.

Apparuit vir etate et gloria mirabilis; hic
 est fratrum amator et populi Israel, hic est
 qui multum orat pro populo, et universa
 sancta civitate.

R. V. Pro hac orabit sanctus, in tempore op-
 portuno:

V. Sperantem in Domino misericordia cir-
 cumdabit. Ps. 137.

Hymnus.

1. Martyris sanctum celebrando festum
 Laudibus Christum resonemus alnum: x
 Gratia cuius meruit supernam
 Placuisse aulam.

2. Hic honorandus Domini sacerdos,
 Et sui Pastor vigilans ovilis, x
 Contulit multis medicus fidelis
 Tona salutis.

3. Coelestis summum capiens vigorem,
 Plurimam plebem docuit per urbes: x
 Maximis signis, monitisque crebris,
 et moribus alnis. . .

4. Plurimas tandem patiendo poenas
 Gladio prebet caput amputandum: *
 Carne laxatus referata scandit
 Spiritus astra.

5. Te simul fufis precibus rogamus,
 Civium Faulor manear tuorum: *
 Ad thronum Christi memor esto nostri
 Optime Blasf.

6. Laus, honor, summo decus omne Patri,
 Eius aequali sua doxa clauso, *
 Pneumati virtus resonet per omne
 Temporis aevum. amen.

7. Exaudiet illum de caelo sancto suo:

8. In potentatibus salus dextera eius. Ps. 19.

Ad Magnif. ant. Respice ad orationem servi
 tui, et ad preces eius, Domine Deus, audi ora-
 tionem, quam orat coram te: * ut exaudias
 deprecationem populi tui; et cum exaudieris,
 propitius eris. D. Reg. 8.

CP. 1. Infra hanc octavam, utpote majorem,
 non fit officium de alio festo, nisi / 2. Lethi-
 num, de ceteris fit sola commemoratio.

CP. 2. Quaecumque die infra hanc octavam oc-
 currit dies cinerum, officium de octava
 ceptat post Completorium diei precedentis:
 quod item fit, si in ipsa die octava evenerit
 feria quarta cinerum; quia tunc pridie in
 vespere adhuc fit officium de die septima infra
 octavam.

CP. 3. Si dies octava in Dominicam maiorem
 inciderit, translato festo S. Scholastico, fit of-
 ficium de Dominica, cum memoria octavo
 in utrisque vespere, matutinis et missa.

CP. 4. Infra hanc octavam officium fit ut
 in die festo, exceptis iis, quae singulis diebus no-
 tantur propria: antiphona nocturnorum de
 Psalterio.

Die IV. Februarii.

De octava S. Blasii.

Duplex O. lect.

In I. nocturno.

Ps. Posui adiutorium in potentia.

Ps. Et exactavi electum de plebe mea. Ps. 88.

Lectio III.

Sermo sancti Augustini episcopi.

Serm. 112. De S. Cypr.

Inter Christi legiones beatissimus Blasius gloriosorum prolicorum doctor, et gloriosus ipse prolicator, ita, quod facturus erat, docuit, et quod docuerat fecit: ut et in verbis docentis pronosceretur animus Martyris, et in animo patientis recognoscerentur verba doctoris. Hoc ergo docuit in vita, quod fecit; et hoc fecit in morte, quod docuit. Illi laus, illi gloria, qui dignatus est illum virum predestinare inter sanctos suos ante tempora, creare inter homines opportuno tempore, formare credentem, docere obedientem, regere docentem, adjuvare pugnantem, coronare Vincentem. Illi laus, illi gloria, qui hunc talem fecit, in quo maxime ostenderet ecclesie suo, quantis malis opponenda, et quantis spei bonis charitas proponenda, et quam nulla spei charitas christiana, a quo non custodiretur unitas Christi. quam si ille dilexit, ut et malis pro charitate non parceret, et malos pro pace toleraret. Merito in ecclesia catholica tanti honoris celsitudinem meruit, cuius concordissimum vinculum tanta humilitate servavit. Quapropter charissimi exhortor dilectionem devotionemque vestram, ut istum diem honeste ac sobrie peragamus, et hoc exhibeamus diei, quo Blasius beatissimus passus est, quodamavil ut pateretur.

Et. Supportate invicem in charitate, solliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis: *

* unum corpus et unus spiritus, sicut vocati
estis, in una hęc vocationis vestro. V. Obsecro
vos ego vinculus in Domino, ut digne ambule-
tis vocatione, qua vocati estis. * unum. V.
gloria. * unum. Ephes. 4.

In II. Nocturno.

Lectio apoc. 3.

Qui vicerit, vestietur vestimentis albis,
et non delebo nomen eius de libro vite: et
confitebor nomen eius coram Patre meo, et
coram Angelis eius.

V. Tenuisti manum dexteram meam, et in
voluntate tua deduxisti me:

R. Et cum gloria suscepisti me. Ps. 42.

Oratio sacr. gelas.

Ad sit nobis, quosumus Domine beati Blasii
Pontificis et Martyris tui sancta precatio: quod
nos et a terrenis affectibus inceptantes expediat,
et coelestia desideria perficiat. Per Dominum.

Hęc oratio dicitur semper per octavam.

Vespero de sequenti, cum memoria octava.

Die V. Februarii.

S. Agathe Virginis et Martyris.

Duplex manus. jr. lect.

Omnia de communi, Oratio: Deus qui inter
cetera.

In II. Nocturno.

Lectio V.

Ex S. Damasci carmine.

Agatha virgo, quam Panormitani et Catanen-
ses civem suam fuisse contendunt, sub Decio
Imperatore gloriosi Martyrii coronam conse-
cuta est. Carmen scripsit Deca sanctus Damasus
Papa, qui toto fere seculo quarto vixit. In eo car-
mine virginem eximiam canit genere claram,
elegantem specie, moribus elegantiorum et fide,
terrena prospera nihil reputasse, ut Dei iussis
obtemperaret: atque illam tunc fortiore

iris membra sua flagris exposuisse, et acerbum
namque tanto dolore valido pectore tolerasse.
Subdit sanctus Pontifex, quodcum a beato Petro
creata in carcere fuisset beata virgo, castior
inde ac magis flagrans ad flagella cum ta ala-
riter cucurreit, ac illius ope servata ab igne
fuerit ethnicorum turba.

Lectio VI.

Ex libro Sancti Adelmi Episcopi de
laudibus virginitatis. cap. 22.

Virginis Agathe castimoniam nec membrorum
crudelis dilaceratio, nec liborum atrox vexatio
proprie, nec varia testularum fragmina
infringere, vel horrida carbonum incendia
ulla tenus vincere valuerunt. quin potius
adamantinus scopulus contra illata carnifi-
cum tormenta ferro fortior induruit: cuius
contra documenta, et non ficta veritatis indi-
cia Sinculus indigena, et catanenensis oppidi
municeps concorditer ad stipulantur: quicum
Athno montis incendia favillis late scintilla-
tibus bullirent, sulphureisque flammarum
globis feruida torrentium flumina in precipi-
tiantia crepiscerent, sacram sarcophagium, in
qua virginalis corpusculum claudebatur, quasi
turris obstaculum, et muri propugnaculum
ruituris ignium imbribus opproberunt: et
mox horrendos facerum ardores obvia quoque
crematurus, et liquifadas scopulorum conge-
ries voraturus, duto ciliis cum Virginis suf-
fragio sopierunt.

Lectio VII.

Sermo Sancti Gregorii Papae.
hom. 11. in Evang.

De caelestis vite dilectione recte per Salomonem
dicitur: fortis est ut mors dilectio. Quia videli-
cet, sicut mors corpus interimit, sic ab amore
rerum corporalium aeterna vite charitas occidit.
Etiam quem perfecte absorberit, ad terrena

foris desideria velut insensibilem reddidit. et
enim sancta hoc iunus hodie natalitia cele-
bramus, mori pro Deo potuisset in corpore si
prius a terrenis desideriis mortua non fuisset
in mente. Erechus namque in virtutibus culmine
animus tormenta despicit, premia calcavit.
Ante armatos reges et profides ducta se hit,
feriente robustior, iudicante sublimior.

Leitio VIII.

Quid inter hoc nos barbari et debiles dicimus,
qui ire ad regna caelestia puellas per ferrum
videmus? quos ira superat, superbia inflat,
ambitio perturbat, luxuria inquinat. Cui
si adipisci regna caelorum per bella perse-
cutionum non possumus, hoc ipsum nobis
turpe sit, quod Deum volumus saltem per pa-
cem sequi. Eue nulli nostrum hoc tempore
dicit Deus: pro me morere: sed: illicita tantum-
modo in te desideria occide. Cui ergo in pace
subigere carnis desideria volumus, quando
in bello pro Domino ipsam carnem daremus?

In III. et nocturno lectiones quatuor de communi.

Sequentia sancti Evangelii secundum Matthaeum. cap. 19.

In illo tempore: acceperunt ad Jesum bheri-
saei tentantes eum et dicentes: si licet homini
dimittere uxorem suam quacumque ex causa?
Cui respondens ait eis: non legistis, quia qui
fecit hominem ab initio, masculum et femi-
nam fecit eos? Et dixit: propter hoc dimit-
tet homo patrem et matrem, et adheret
uxori suae, et erunt duo in carne una. Itaque
iam non sunt duo, sed una caro. Quod ergo
Deus coniunxit, homo non separet. Dicunt
illi: quid ergo Moyses mandavit, dare libel-
lum repudii et dimittere? Ait illis: quo-
niam Moyses ad duritiam cordis vestri per-
misit vobis dimittere uxores vestras: ab-

initio autem non fuit sic. Dico autem vobis;
 quia quicumque dimiserit uxorem suam, nisi
 pro fornicationem, et aliam duxerit, moechatur;
 et qui dimissam duxerit, moechatur. Dicitur
 et discipuli eius: Si ista est causa hominis cum
 uxore, non expedit nubere. qui dixit illis, non
 omnes capiunt verbum istud, sed quibus da-
 tum est. Sunt enim evnuchi, qui de matris utero
 naturali sunt: et sunt evnuchi, qui facti sunt ab
 hominibus: et sunt evnuchi, qui se ipsos castra-
 verunt propter regnum caelorum. Qui potest
 capere, capiat.

Est commemoratio et hanc ad Natalitias,
 missam et vesperas.

Die VI. Februarii.
De octava S. Blasii.
Duplex D. lect.
In I. nocturno.

V. Expeda Dominum, viriliter age:
 R. Conforte hunc cor tuum et sustine Dominum.
 Ps. 26.

Lectio III.

Sermo sancti Augustini Episcopi.
Serm. 515. De S. Cypriano.

Deus effudit frameam spargendousque quaque
 Martyres suos, et conclusit adversus eos qui
 persequerentur Eusebiam, ut quia predican-
 tum vocibus non flectebantur, morientium
 virtutibus frangerentur. Fortia quippe sibi ad-
 versus inimicos fabricat arma Deus, eos ipsos,
 quos facit amicos. Magna itaque framea Dei
 anima beatissimi Blasii, splendida charitate,
 aucta veritate, pugnantis Dei acta et vibrata
 virtute, que bella confecit, quas contradicen-
 tum catervas redarguendo superavit, quos
 percussit insensos, quos prostravit adversos.
 Inquam multorum inimicorum cordibus ipsas
 inimicitias, quibus oppugnabatur, occidit,
 eosque amicos, quibus adversus alios Deus co-
 piose pugnaret, effecit, ubi autem venit

tempus, ut tamquam prevalescentibus hostibus
prenderetur; tum vero ne oppressus et victus
ab impiis eorum manibus cederet, adfuit ille,
per quem proflare non invictus: suscepit victo-
riam, postquam nullum certamen ulle-
rius remaneret, quam de hoc scilicet mundo
et de mundi huius principe reportaret. ad-
fuit omnino fidelissimo suo testi usque ad
mortem pro veritate certanti; fecit, quod exo-
ratus fuerat, eruit animam eius ab impiis,
francam suam ab inimicis manus sue.

R. Apprehende Domine arma et scutum,
et exurge in adiutorium mihi: & diavolo
meo, salus tua ego sum. *V.* Erit tibi anima
tua in salutem, quia in me habuisti fidu-
ciam. & *dic.* *V.* gloria. & *dic.* *Ps.* 34. *Jer.* 29.

Die VII. Februarii.

De octava S. Blasii.

Duplex O. lect.

In I. nocturno.

V. Adjutor meus tibi psallam:

R. Quia deus susceptor meus es. *Ps.* 58.

Lectio III.

Sermo sancti Bernardi abbatis.

Ser. de S. Clemente.

Invidia diaboli mors intravit in orbem
terrarum: sed ecce pretiosa facta est mors
sanctorum. audi igitur hostis vitio, mortis
auctor attende. quid valet jam fructus tua,
versus tua quid nocet? immo vero ut plus
delectas, etiam omnia cooperantur in bonum
his, qui secundum propositum vocati sunt
sancti. et heque enim aliter quam ipsa, que tui
est operis, de te hodie beatus Martyrius
solemnia celebramus, morte corporis trium-
phavit. Fecit siquidem de necessitate virtutem,
poenam peccati in meritum glorie commu-
tavit, fidelem se probavit in medico, ut dig-
nus inveniretur supra multa constitui.

Quid ergo? putas, quod in ipsa corporis sui
 vita, quam accepit a Domino, infidelis in-
 venia tui, ut vel ipsam proferat illi? Ecce
 habes potestatem: irue in eum per satellites
 tuos, ut coarctetur a duobus, aut a do-
 mino necesse habens, aut a corpore separari.
 varia et immania exquire genera tormentorum:
 sed noveris, te Martyri nostro fabricare
 coronas. Sicut enim vite huius ornamenta
 et adjuvamenta contempsit, sic contemnit et
 ipsam. Corpus omne tibi exponit in mortem,
 et in faciem maledicti tibi, atque idola tua
 sacro ore blasphemat. Dominum deum suum
 etiam inter tormenta tua libere predicat,
 ingenue confitetur. Coronabitur ergo, quia
 legitime certavit, quia fideliter vixit, quia
 nec blandimentis vite huius, nec mortis
 horrore a charitate Christi potuit separari.
 R. Si dederit homo omnem substantiam
 Domus sue pro dilectione, quasi nihil despi-
 ciet eam: & aqua multo non poterunt ex-
 tinguere charitatem, nec flumina obruent
 illam. V. Certus sum, quia neque mors, neque
 vita, neque creatura alia poterit nos separare
 a charitate Dei. & aquo. V. gloria & aquo.
 cant. 8. Rom. 8.

Die VIII. Februarii.

De octava S. Blasii.

Duplex C. lect.

In 1. nocturno.

V. Annuntiavi iustitiam tuam in ecclesia magna.

R. Eue labia mea ~~per~~ non prohibebo, Domine
 in scisti. Ps. 29.

Lectio III.

De sermone sancti Bernardi abbatis.

l. c. n. d.

Quid nos ad hoc dicimus fratres! congratula-
 mur Martyri, sed iam gloria eius non sine

nostra confusione est. Ecce enim beatus bla-
sius homo erat similis nobis, passibilis, ea-
dem circumdatus infirmitate, et carni suo
eodem vinculo naturalis affectionis inherens.
Si ergo ille sic glorificavit Christum in corpore
suo, et calicem salutaris accepit: quid nos retri-
bui mus Domino pro omnibus, quae retribuit
nobis? Eadem certe nos insignivit imagine,
eodem sanguine nos redemit, et vocavit in
eamdem hereditatem incorruptibilem, et
incontaminatam, aeternam, conservatam
in caelis. Ut quid ergo non possumus et nos cum
beato blasio christi libere calicem? Sed forte
respondent aliqui: possemus, si opportuni-
tas non deesset: sed persecutionis tempus ces-
savit. at ego, fateor, non satis crediderim ista
dicentibus. Quid enim? quotidie ceditis punctio-
ni acis unius, et mucroni vos arbitramini
pope resistere? In minimis probate confliti-
bus, quam viriliter in maiora certamine
stare possitis. Ecce enim vobis non dicitur:
Sacrificate idolis et vivite, aut si hoc non vul-
tis, oportet vos diversis suppliciis interire.
et vivit Dominus signamentum nostrum, nec dat
nobis tam forte certamen.

R. Recogitate eum, qui talem sustinuit a pecca-
toribus contradictionem: ut ne fatigemini
animis vestris deficientes: * nondum usque ad
sanguinem resististis adversus peccatum re-
pugnantes. *V.* Remissas manus, et soluta genua
erigite, et gressus rectos facite pedibus vestris.
* nondum. *V.* Gloria. * nondum. *Hebr. 12.*

In vespere fit commemoratio S. Apolloniae
Virginis et Martyris De communi.

Oratio.

Omnipotens sempiterna Deus, qui eligis in-
firma mundi, ut forbia quoque confundas: da
nobis in festiuitate sancta virginis et Martyris
suae Apolloniae congrua devotione gaudere;

Ad potentiam tuam ~~etiam~~ in eius passione
laudemus, et provisa nobis percipiamus
auxilium. Per Dominum.

Die IX. Februarii.

De octava S. Blasii.

Duplex ad lect.

In I. nocturno.

Ps. Expecta Dominum, viriliter age:

Ps. Confortetur cor tuum, et sustine Dominum. Ps. 26.

Lectio III.

De sermone sancti Bernardi abbatis.

l. c. n. 4.

Beato Blasio certamen forte dedit Dominus, ut
vinceret, et disceret, quoniam omnium poten-
tior est sapientia. Vestrum autem certamen
quale est, fratres mei? quotidie vobis suggeri-
tur in cordibus vestris, frange ordinem tuum,
murmura, de trahere, age remissius, infirmi-
tatem simula, responde ei, qui forte durius
sibi locutus est, ut satisfacias desiderio tuo; nec
dicatur cuiquam: nisi hoc feceris, morieris; sed
ut multum, cum difficultate et labore resi-
stes animo tuo. Et quis sustineret tanta? Hac
enim intus audire, hoc respondere confuevimus
exhortantibus nos aut foris homini, aut intus
spiritui sancto. Si ergo in huiusmodi certamine
periclitamur, si vix resistimus, si interdum etiam
succumbimus; quid in illo tam gravi certamine
faceremus? Si iuncis fragilibus cedit infirmitas
nostra, quomodo telis resisteret? Videtis, quomodo
ad nihilum redacti sumus, et sicut solent mulieres
aut parvuli, pugnantibus laudamus alios, pug-
nare ipsi non possumus.

Ps. Cum plagis perimeretur, vita decessit, et
universo genti memoriam mortis suae ad exem-
plum virtutis et fortitudinis derelinquens.

Ps. Caput est vobis relinquens exemplum, ut sequa-
mini vestigia eius, et universae gloriae universae.

2. Matth. 6. j. Petr. 2.

Pro S. Apollonia
lectio.

Ex epistola sancti Dionysii Alexandrini
ad Fabium antiochenum.

Euf. hist. l. 6. c. 41.

Nequaquam ex Decii Imperatoris edicto perse-
cutio apud nos cepta est, sed integro anno ante-
verberat. Nam infaustus quidam vates ac
poeta commovit Alexandriis adversus nos gen-
tilium turbas. ab illo igitur stimulati, hanc
solam pietatem cultumque demonum suo-
rum existimabant, si cadibus adversus nos
loquere. Tum admirandam illam provela-
iam etatis virginem Apolloniam compre-
henderunt; et maxillas quidem eius percution-
tes cunctos ei dentes excuserunt. Accenso
autem extra urbem rogo, minabantur vi-
vam se illam combusturos, nisi unacum ipsis
impia verba pronuntiaret. At illa veniam
deprecari paullisper visa, atque interim demissa,
celeriter in ignem insiluit, et conflagavit.

R. Probavit me Dominus quasi aurum, quod
per ignem transit: vestigia eius secutus est pes
meus: & viam eius custodivi, et non declinavi
ex ea. V. A mandatis labiorum eius non
recessi, et in sinu meo abscondi verba oris eius.
& viam. Job. 23.

Et filii commemoratio eius ad Natulinas et
Mispam, de communi: oratio ut supra.

Die X. Februarii.

S. Scholasticae Virginis.

Festivitas II. classis 12. Oct.

cum octava minore.

Ad I. Vesperas.

antiphona ex Natulinis.

Lectio Osee 2.

Sponsales te mihi in sempiternum, et sponsales te
mihi in iustitia et iudicio, et in misericordia et
miserationibus; et sponsales te mihi in fide:

Et scies, quia ego Dominus.

Ps. 61. audi filia, et vide: & oblitiscere Dominum fratris tui:

Ps. Et concupiscet rex decorem tuum. Ps. 44.

Hymnus de communi virginum.

In mandatis tuis exercebor, et considerabo vias tuas:

In justificationibus tuis meditabor. Ps. 118.

Ad Magnif. ant. Eue ego lactabo cam, et ducam in solitudinem: & loquar ad cor eius. Ps. 2.

Oratio Cas.

Deus, qui animam beatae Virginis tuae Scholasticae ad ostendendam innocentis viam in columbae specie caelum penetrare fecisti: da nobis eius meritis et precibus ita innocenter vivere, ut ad eadem ~~gaudia~~ mereamur gaudia pervenire.

Per Dominum.

Deinde fit commemoratio diei octavo S. Blasii, omnia ut ad I. Vesperas festi.

Ad vigiliis nocturnas.

Omnia de communi virginum, proter sequentia.

In I. nocturno lectiones quatuor cum suis. Ps. De feria currente.

In II. Nocturno.

LECTIO V.

Ex libro secundo Dialogorum sancti Gregorii Papae. c. 55.

Soror venerabilis beatae Benedictae, Scholastica nomine, Omnipotenti Domino ab ipso infantia tempore dedicata, ad eum semel per annum venire consueverat. Ad quam viri Dei non longe extra januam, in possessione Monasterii descendebat. Quadam vero die venit ex more, atque ad eam cum discipulis venerabilis eius descendit. Frater, qui totum diem in Dei laudibus sacrisque colloquiis ducentes, incumbentibus jam noctis tenebris simul auerunt labor. Cumque adhuc ad mensam sederunt, et inter sacra colloquia

tardior se hora protraheret, eadem sanctimonialis femina sorore eius cum rogavit dicens: quofe-
ter ne ista nocte me deseras, ut usque mane ali-
quid de celestibus gaudiis loquamur.

R. Cuius mihi de te fratrem meum, ut inve-
niam te foris, & etiam ~~iam~~ jam me nemo despi-
cial? V. Apprehendam te et ducam in domum,
ibi me docebis. & etiam. cant. 8.

Lectio VI.

Cui ille respondit: quid est, quod loqueris, soror?
Manere extra cellam nullatenus possum.

Tanta vero erat caeli serenitas, ut nulla in
aere nubes appareret. Sanctimonialis autem
femina, cum verba fratris negantis audisset,
inseclas digitis manus super mensam posuit,
et caput in manibus omnipotentem Domi-
num rogatura declinavit. Cumque leva-
ret de mensa caput, tanta coruscationis
et tonitruus viribus, tantaque inundatio plu-
vio erupit, ut neque venerabilis, benedictus,
neque fratres, qui cum eo aderant, extra loci
limen, quo confederant, pedem movere po-
tuisent. Sanctimonialis quippe femina
caput in manibus declinans, lacrymarum
fluvium in mensam fuderat, per quas sere-
nitate aeris ad pluviam transit. Et celeriter
tardius post orationem inundatio illa secuta
est; sed tanta fuit convenientia orationis et
inundationis, ut de mensa caput iam cum
tonitruo levaret, quatenus unum idemque
epet momentum, et levare caput, et pluviam
deponere.

R. Extendit (manus) in caelum, et Dominus
dedit tonitrua, & et gradinem ac discurrentia
fulgura super terram. V. Oratione oravit,
et caelum dedit pluviam. & et. Exod. 9. Jacob. 5.

Lectio VII.

Tunc vir Dei inter coruscas et tonitruas,
atque ingentis pluviae inundationem, ve-
dens se ad monasterium non posse remeare,
cepit conqueri contristatus dicens: parcat

tibi omnipotens Deus, soror, quid est, quod
fecisti? Cui illa respondit: eue te rogavi, et
audire me noluisti; rogavi Dominum meum,
et audiuit me. Et modo ergo si potes, egredere, et
me dimissa ad monasterium recede. Ipse autem
eire extra lectum non valens, quia remanere
prole noluit, in loco mansit in vitis: sicque
lectum est, ut totam noctem pervigilem
ducerent, atque per sacra spiritalis vite collo-
quia sese vicaria relatione satiarent.

Q. Vox dilecti mei: en dilectus meus loquitur
mihi: & donec affiret dies, et inclinetur umbra.

R. Per noctes quosivi, quem diligit anima mea;
tenui eum nec dimittam. & donec. cant. 2. cant. 2. 3.

Ad. Si hoc festum venerit post feriam quartam
Cinerum, omnia lectione octava, eius loco sumi-
tur feria ex die XII. sequente cum suo Ep.

Lectio VIII.

Quade redixi, cum voluisse aliquid, sed mini-
me potuisse: quia si venerabilis viri mentem
aspicimus, dubium non est, quod eandem sereni-
tatem voluerit, in qua descenderat, permanere:
sed contra hoc quod voluit, in virtute omni-
potentis Dei ex femine pectore miraculum invenit.
Et hoc mirum, quod plus ille femina, quod diu fra-
trem videre cupiebat, in eodem tempore valuit:
quia enim iuxta Joannis vocem Deus charitas est,
iusto valde iudicio illa plus potuit, que amplius
amavit.

Q. Si manseritis in me, et verba mea in vobis
manserint, & quodcumque volueritis, petetis,
et fiet vobis. R. In vocabis, et Dominus exaudiet:
et clamabis, et dices, eue adsum. & quodcumque.

R. Gloria. & quodcumque. Jo. 15. ff. 58.

In III. et nocturno omnia de communi. Evan-
gelium: simile est. C. decem virgibus.

Ad Laudes matutinas et horas in tripliciter.

i. Bone me sub signaculum super cor tuum, ut
signaculum super brachium tuum: & quia fortis
est in amor dilectio. cant. 8.

2. Ego dilecto meo, et ad me conversio
eius. ib. 7.

3. Introduxit me rex in cellaria sua, et ordi-
navit in me charitatem. ib. 5.

4. Ingressus sum pactum tecum, ait Dominus, et
facta es mihi. Ezech. 16.

5. ad laudes. Laudate Dominum ignis, grandis,
nix, glacies, spiritus procellarum, et que
faciunt verbum eius. Ps. 118.

Lectio Prov. 8.

Ego diligentes me diligo, et qui ~~vigilant~~ mane
vigilant ad me, invenient me.

R. br. Ad te de luce vigilo, et sibi in te ani-
ma mea:

V. ut viderem virtutem tuam, et gloriam
tuam. Ps. 62.

Hymnus de communi.

V. In matutinis meditabor in te Domine:

R. quia fuisti adiutor meus. Ps. 62.

Ad Bened. ant. Sperabam usque ad mane:

sicut pullus hirundinis sic clamabo: et medi-
tabor ut columba. Ps. 58.

Et sit commemoratio diei octavo S.

Plasii, ut in festo.

Ad Tertiam. Lectio Cant. 2.

Sub umbra illius, quem desideraveram, sed
et fructus eius dulcis gulari meo.

V. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua.

R. Super mel ori meo. Ps. 118.

Ad Sextam. Lectio Soph. 15.

Dominus Deus tuus in medio tui: gaudebit
super te in letitia, silebit in dilectione sua,
exultabit super te in laude.

V. ad hosi, anima mea post te Deus:

R. me suscepit dextera tua. Ps. 62.

Ad Nonam. Lectio Ezech. 16.

Recordabor pacti mei tecum in diebus adoles-

centia tua, et suscitabo tibi partum sempiternum, cum receperis sorores tuas, et dabo eas tibi in filias.

V. Adducentur regi virgines posteam:
R. adducentur in templum Regis. Ps. 44.

Ad II. Vesperas.

Antiphona ex Natutinis.

Lectio Ezech. 16.

Vedi coronam decoris in capite tuo, et proficisti in regnum; quia perfecta eras in decore meo.

Ps. br. ut in I. Vesperis. Hymnus de communi.

V. Quis dabit michi pennas sicut columba?
R. Volabo et requiescam. Ps. 54.

Ad Magnif. ant. In dilectus meus loquitur michi: surge, propera, amica mea, columba mea, formosa mea, et veni. Cant. 2.

Postea fit commemoratio sequentis, ut infra; postea diei octavae S. Blasii ut in festo.

Ps. 1. Si hoc festum occurrat in Dominica maiore, uel feria IV. cinerum celebratur die sequente, translato festo S. Guilielmi ad diem XII.

Ps. 2. Festum occurrens post feriam IV. cinerum, celebratur sine octava; si dicta feria infra octavam, uel in ipsa die octava incidit, octava post completorium ferie tertie precedentis cepat.

Die XI. Februarii.

S. Guilielmi Eremita.

Duplex maius. 12. lect.

Omnia de communi Monachorum, propter sequentia.

Hymnus: Summi Basilus. de communi corporum.

V. Convertere Domine, et eripe animam meam:
R. Saluum me fac propter misericordiam tuam. Ps. 6.

Ad Magnif. ant. Delevit Dominus ut nubes
iniquitates tuas, quasi nebulam peccata
tua: & revertere ad me, quoniam redemi te.

Ps. 114.

Oratio Paris.

Deus, qui animo famuli tui Guillelmi
eterno beatitudinis premia contulisti:
concede propitius, ut qui nostra justitie fi-
duciam non habemus, eius, qui tibi placuit,
precibus adjuvemur. Per Dominum.

Ad vigilias nocturnas.

Invit. Dominum, qui venit vocare pecca-
tores ad poenitentiam: & venite adoremus. Luc. 5.

Hymnus: et non parva. de confessore.

Antiphona A. V. nocturnorum de com-
muni Monachorum.

Lectioes quatuor I. Nocturni cum suis Ps.

De feria currente.

In II. Nocturno.

Lectio V. Prov. Paris.

Guillelmus Eremita, in his primordiis in
militia licentius exactis, poenitentia duc-
tus, in sylvam Livalliam apud Bisanos cum
aliquo sociis secessit. Postea inde discedens,
uno Petro comite, venit ad montem de Brans,
ac demum in stabulum Rhodis, desertum
tunc temporis maxime horridum, Mala-
vallis propterea dictum, unde et sancto
cognomen habet Guillelmi de Malavalle.
austeris ibi poenitentia operibus confectus mi-
gravit ad Dominum anno millesimo centesi-
mo quinquagesimo septimo.

R. Convertere ad Dominum, et relinque
peccata tua: & precare ante faciem Domini
et minue offendicula. V. Convertere ad Domi-
num Deum tuum, quoniam commisti in ini-
quitate tua. & precare. Ecli. 17. Ps. 114.

Lectio VI.

Profectus tunc aderat albertus comes adhuc juvenis, qui tanto exemplo incensus, eodem in loco post mortem guilielmi remanere statuit, paulatimque adiunctis sibi sociis familiam amplificavit. Ab his militibus prolectus est ordo guillemitarum sub regula sancti patris benedicti: qui, postquam guilelmus ab innocencio papa inter sanctos relictus est, per galiam, galliam atque germaniam propagari cepit.

¶ Cognosce iustitias et iudicia dei, et sta in forte propositionis et orationis ac ipsius dei. * et laudabis deum, et gloriaberis in misericordiis illius. V. Si converteris, convertam te, et ante faciem meam stabis; et si separaveris, preliosum a vili, quasi os meum eris. * et. Eccli. 1. Jer. 15.

Lectio VII.

Sermo sancti joannis chrysostomi.

l. 2. de compunct.

Quia muela sunt, quo visui tenebras offundunt, muela quo auditum turbant, muela quo linguam propediunt, oportet hominem ab omni tumultu atque fumo subductum ad illam soliditatem secedere, ubi magna tranquillitas, pura serenitas, tumultus nullus: sed oculi in unum dei amorem intenti non alio declinant, aures vero inconcupso uni tantum rei vacant, nempe divinorum eloquiorum auditui, et suavissime spiritalique audiendo symphonio, quo semel capto animo tanta vi dominatur, ut illa pertractus melodia neque cibum neque potum neque somnum cum voluptate capiat. Itaque nec secularium negotiorum tumultus, neque corporaliu[m] turba reru[m] tenorem illum relaxare valeat. Ad tantam enim animo sublimitatem infimo huius tempestatis strepitu non pertingit.

R. Intra in cubicula tua, abscondere medicum, & donec pertranseat indignatio. *V.* Statue tibi speculam, pone tibi amaritudines, dirige cor tuum in viam rectam, & donec. *Ps.* 26. *Jer.* 51.

Lectio VIII.

Verum quem ad modum ii, qui ad actissimos se contulere montes, nihil eorum vident vel audiunt, quo in urbe geruntur vel dicuntur, sed obscurum dum taxat et injucundum clamorem audiunt, stridentibus vespis, nihil suaviorem: sic ii, qui a secularibus rebus se abduxerunt, et ad spiritualis philofophiae cacumen advolarunt, nihil eorum, quo apud nos geruntur, sensu percipiunt. Corpus enim et corporis sensus, donec anima circa terram versatur, innumeris illam vinculis constringunt, gravissimam fluxarum voluptatum tempestatem undique colligentes. Cum vero sublimis efficiatur, et otium suum ad spiritualia convertit, tunc malignas cogitationes in prepueris, non sensus obturans, sed eorum operationem ad sublimitatem illam traducens. Anima enim pretiosum compunctionis unguentum preparans, sensus ad se ipsam evocat, eorum prosindens sequi licet.

R. Non sedi in consilio ludentium, solus sedebam: & quoniam comminatione replesti me. *V.* Eae elongavi fugiens, et mansi in solitudine. & quoniam. *V.* gloria. & quoniam. *Jer.* 15. *Ps.* 54.

In III. nocturno.

Cantica de communi Monachorum.

Lectio IX.

De epistola beati Pauli apostoli

ad philippenses. cap. 3.

Quae mihi fuerunt cura, hoc arbitratus sum propter Christum detrimenta. Verum tamen existimo omnia detrimentum esse, propter eminentem scientiam Jesu Christi Domini mei: propter quem omnia detrimentum feci,

Arbitror ut stercora, ut Christum crucifixa-
 ciam, et inveniar in illo non habens meam
 justitiam, quo ex lege est, sed illam quo ex
 fide est Christi Jesu, quo ex Deo est justitia in
 fide: ad cognoscendum illum et virtutem
 resurrectionis eius, et societatem passionum
 illius, configuratus morti eius: si quo modo
 occurrat ad resurrectionem, quo est ex mortuis.

R. Castigasti me, et eruditus sum, quasi juven-
 culus indomitus: & converte me, et convertar,
 quia tu Dominus Deus meus. V. Imperfectum
 meum viderunt oculi tui, et in libro tuo
 omnes scribebantur. & converte. Jer. vi. Ps. 138.

Lectio X.

Non quod jam auferim, aut jam perfectus
 sum. sequor autem, si quo modo comprehen-
 dam, in quo et comprehensus sum a Christo
 Jesu. Frater, ego me non arbitror compre-
 hendere. Unum autem, quo quidem retro
 sum, oblitiscens, ad ea vero, quo sunt priora,
 extendens me ipsum, ad destinatum persequor,
 ob bravium supreme vocationis Dei in Christo Jesu.

R. Postquam convertisti me, egipœnitentiam,
 et postquam ostendisti mihi, percussi femur
 meum: & confusus sum et erubui, quoniam
 sustinui opprobrium adolescentie mee.
 V. a facie insipientie mee miser factus sum
 et curvatus sum usque in finem, tota die con-
 tristatus ingrediebar & confusus. Jer. vi. Ps. 54.

Lectio XI.

Quicumque ergo perfecti sumus, hoc sentiamus:
 et si quid aliter sapitis, et hoc Deus vobis Deus revela-
 bit. Verum tamen ad quod pervenimus, ut idem
 sapiamus, et in eadem permaneamus regula.
 Imitatores mei estote, fratres, et observate eos,
 qui ita ambulant, sicut habetis formam nostram.

R. Omnis qui in agone contendit, ab omnibus
 se abstinat: ego igitur sic curro, non quasi in

incertum: * sed et castigo corpus meum, et
in servitutem redigo. V. Semper quasi tumentes
super me fluctus timui deum, et pondus eius
ferre non potui. * castigo. j. Cor. g. Job. 51.

Lectio XII.

Multi enim ambulant, quos sepe dicebam
vobis, nunc autem et flens dico, inimicos crucis
Christi: quorum finis interitus, quorum deus
venter est, et gloria in confusione ipsorum,
qui terrena sapiunt. nostra autem conversatio
in caelis est: unde etiam Salvatorem exspecta-
mus Dominum nostrum Iesum Christum, qui
reformabit corpus humilitatis nostrae confi-
guratum corpori claritatis suae.

R. Ego in iustitia apparebo conspectui tuo
Domine: * satiabor cum apparuerit gloria
tua. V. et tunc cognosco ex parte, tunc autem
cognoscam sicut et cognitus sum. * satiabor.
V. gloria. * satiabor. Ps. 16. j. Cor. 13.

Evangelium: Dixit Petrus ad Iesum.

De communi Monachorum.

Ad laudes matutinas et horas.

Omnia fiunt de communi Monachorum.

hymnus Quid tu relictis.

V. Deus vitam meam annuntiavi tibi:

R. posuisti lacrimas meas in conspectu tuo. Ps. 57.

ad Bened. ant. Recogitabo tibi omnes annos meos
in amaritudine anime meae: * corripies me, et
vivificabis me Domine. Ps. 58.

Et fil. commemoratio octavo ut in festo.

ad II. vesperas ut ad I.

V. glorificabo nomen tuum in aeternum:

R. quia misericordia tua magna est super me. Ps. 88.

ad Magnif. ant. Miserationum Domini recorda-
tor, laudem Domini super omnibus, quae reddidit: *
et super multitudinem honorum, quae largitus est
secundum indulgentiam suam. Ps. 63.

Et fil. commemoratio octavo.

Die XII. Februarii.

De octava S. Scholasticae V.

Simplex V. lect.Officium fit ut in die festo, praeter sequentia.In I. nocturno.Antiphona nocturnorum dicuntur de psalterio,
cum versu ex communi virginum juxta feriarum
ordinem: et sic quotidie per octavam.Lectioes duo cum suis R. & V. de feria corrente.Lectio III.

Ex libro secundo dialogorum sancti

Gregorii Papae. cap. 54.

Cum die altero eadem venerabilis femina ad cellam
propriam recepisset, viri dei ad monasterium rediit.
Cum eue post triduum in cella consistens, elevatis
in aera oculis vidit eundem fororis suae animam de
eius corpore egresam in columbae specie caeli secreta
penetrare. qui tanto eius glorie congaudens om-
nipotenti deo in hymnis et laudibus gratias reddidit,
eiusque obitum fratribus denuntiavit. quos etiam
prohinc misit, ut eius corpus ad monasterium defer-
rent, atque in sepulchro, quod sibi ipse parauerat,
ponerent. Quo facto contigit, ut quorum mens una
semper in deo fuerat, eorumqueque corpora nec
sepulchra separaret.

R. Dabitur illi sors in templo dei acceptissima, & bono-
rum enim laborum gloriosus est fructus, et quae
non concidat radix sapientiae. V. Beati mundo corde,
quoniam ipsi deum videbunt. & honorum de gloria.

* honorum. Sap. 3. Matth. 5.

In II. nocturno.Lectio 6a. 62.

Non vocaberis ultra derelicta, et terra tua non voca-
bitur amplius desolata: sed vocaberis voluntas mea
in ea, et terra tua inhabitata, quia complacuit
Domino in te, et terra tua inhabitabitur.

V. Omnis gloria eius filio regis ab inibus.

R. In fimbriis aureis circumamicta varicta-
tibus. Ps. 44.

Oratio Capiti.

Familiam tuam, quosumus Domine, beate virginis
Scholastice meritis propitius respice; ut sicut ip-
sius precibus, ad obtinendum, quod concupivisti,
inbrem cœcibus descendere fecisti; ita eius supplica-
tionibus ariditatem nostri cordis super nos digneris
gratie rore perfundere. Per Dominum.

Et dicitur semper per adrianum.

Die XIII. Februarii.

De octava S. Scholastice V.

Simplex id. lect.

Lectio III.

Sermo sancti Augustini Episcopi.

L. de virginib. cap. 8.

Nulla carnalis fecunditas sancto virginitatis
carnis comparari potest. Neque enim et ipsa
quia virginitas est, sed quia Deo dicata est hono-
ratur; quæ licet in carne seruetur, spiritus ta-
men religione ac devotione servatur. Ac per
hoc spiritalis est etiam virginitas corporis, quam
vovet et servat continentia pietatis. Si autem
nemo impudice utitur corpore, nisi spiritus prius
concepta nequitia; ita nemo pudicitiam servat in
corpore, nisi spiritus prius in castitate. Porro
autem si pudicitia conjugalis, quamvis custodia-
tur in carne, animo tamen, non carni tribuitur,
quanto magis quantoque honorabilius in animi
bonis illa continentia numeranda est, qua
integritas carnis ipsi Creatori animo et carnis
vovetur, consecratur, servatur?

R. O quam pulchra est casta generatio cum cha-
ritate! & immortalis est memoria illius; quo-
niam apud Deum nata est, et apud homines. V.
Religio munda apud Deum et bñctum hoc est,
immaculatum se custodire ab hoc seculo, & im-
mortalis. R. gloria. immortalis. Sap. 4. Ser. j.

In vespere commemoratio S. Valentini Mar-
tyris de communi.

Prostra, que sumus, omnipotens Deus, ut qui
beati Valentini Martyris tui natalitia colimus;
a cunctis malis imminentibus eius intercessione
liberemur. Per Dominum.

Die XIV. Februarii.

De octava S. Scholasticae v.

simplex d. lect.

Lectio III.

De sermone sancti Augustini Episcopi.

l. c. cap. sic.

Non nos hoc in virginibus predicamus, quod
virgines sunt, sed quod deo dicato pia continentia
virgines. Hoc virginalis integritas angelica
portio est, et in carne corruptibili incorruptionis
perpetue meditatio. Unde mirabiliter desipiunt,
qui putant huius continentie bonum non esse
necessarium propter regnum celorum, sed prop-
ter presens seculum; quod scilicet conjugia terre-
nis curis pluribus atque arduioribus disten-
duntur, qua molestia virgines et continentales
carant: quasi ob hoc tantum melius sit non conju-
gari, vel huius temporis relaxentur angustia,
non quod in futurum seculum aliquid proficit.
Hanc vanam sententiam nec cordis proprii vani-
tate protulisse videantur, adhibend ex apostolo
testimonium, ubi ait: existime hoc bonum esse
propter presentem necessitatem, quia bonum
est homini sic esse. Ecce, inquit, ubi mani-
festat apostolus, hoc propter presentem neces-
sitatem bonum esse, non propter futuram aeterni-
tatem. quasi presentis necessitatis rationem
haberet apostolus, nisi providens et consulens
in futurum: cum omnis eius dispensatio non nisi
ad vitam aeternam vocet.

¶ Cum presens est casta generatio, imitantur illon-
es desiderant eam, in perpetuum coronatam
phat, incoinquinatorum certaminum promium

vincens. V. Omnis ponderatio non est iugna con-
tinentis animo. x in perpet. V. gloria. x in perpet.
Sap. 4. Eccl. 26.

Et fides commemoratio S. Valentini M.

Die XV. Februarii.

De Octava S. Scholastica V.

Simplex O. Eccl.

Lectio III.

De sermone sancti Augustini Episcopi.

L. C.

Proseus ergo est vitanda necessitas, sed tamen
que aliquid bonorum impedit futurorum:
qua necessitate vita cogitur conjugalis cogitare
que mundi sunt. Non quod ea separant a regno
Dei sicut sunt peccata, que ideo precepto non
consilio cohibentur, quia Domini precipienti
non obedire damnabile est: sed illud quod in ipso
Dei regno amplius haberi potest, si amplius
cogitaretur, quomodo placendum esset Deo, mi-
nus erit utique, cum hoc ipsum minus conjugii
necessitate cogitatur. Pro eo de virginibus, inquit,
preceptum Domini non habeo. Precepto enim
quisquis non obtemperat, reus est et debet poenae.
Proinde quia uxorem ducere vel nubere pecca-
tum non est: si autem peccatum esset, precepto
vetaretur: propterea preceptum Domini de
virginibus nudum est. Sed quoniam de vitatis
remissisve peccatis ad eandem est vita eterna, in qua
est quodam egregia gloria, non omnibus in
eternum victuris, sed quibusdam ibi tribuenda,
cui consequendo parum est liberatum opera peccatis,
nisi aliquid ipsi liberatori voceatur, quod non
sine crimine non uovise, sed uovise ac reddi-
dise sit laudis: consilium, inquit, de tamquam
misericordiam consecutus a Deo, ut fidelis essem.

R. Felix sterilis et incoinquata, que nesciuit

lorum in delictis; & habebit fructum in re-
 spectu anime sanctarum. V. Dabitur
 tibi fidei donum electum, et foris in templo Dei
 acceptissima. & habebit. V. gloria & habebit. Cap. 5.

Die XVI. Februarii.

Simpl. 5. lect.

Lectio III.

De sermone sancti Augustini episcopi.

l.c.

Pergite itaque sancti Dei, pueri ac puella, mares
 ac femina, cælibes et innuptæ, pergite perseve-
 ranter in finem. Laudate Dominum dulcius,
 quem cogitatis uberius: sperate felicius, cui ser-
 vilis instantius: amate ardentius, cui placitis
 attentius. Lumbis accinctis et lucernis ardentibus
 expectate Dominum, quando veniat a
 nuptiis. Gaudium virginum Christi de Christo,
 in Christo, cum Christo, post Christum, per Chri-
 stum, propter Christum. Gaudia propria virgi-
 num ~~quædam~~ Christi, non sunt eadem non
 virginum, quamvis Christi. Nam sunt talia alia,
 sed nullis talia. Ite in hoc sequimini agnum, quia
 et agnoscere utique virgo. Hoc enim miserat
 auctus, quod matri non abstulit conceptus et
 natus. Merito cum sequimini virginitate
 cordis et carnis, quocumque ierit: quid enim est
 enim sequi, nisi imitari? Presumite itaque,
 fidei, roboramini, permande, qui vovetis et
 redditis Domino Deo vestro vota perpetua conti-
 nentis, non propter presens seculum, sed propter
 regnum cælorum.

R. Cantabant quasi canticum novum, et nemo
 poterat dicere canticum, nisi qui empti sunt de
 terra: & virgines enim sunt: hi sequuntur agnum
 quocumque ierit. V. Qui digni habebantur
 seculo illo et resurrectione ex mortuis, neque
 nubent, neque ducunt uxores. & virgines. V. gloria
 & virgines. apoc. 14. Luc. 20.

Ad Vesperas duplex ex I. Asperis festi.

Die XVII. Februarii.

Octava S. Scholasticae V.

Duplex 15. lect.

Omnia ut in festo.Lectio III.

De sermone sancti Augustini episcopi.

l. c.

Quapropter hoc agite virgines Dei, hoc agite, sequimini agnum, quocumque ierit. Sed prius ad eum, quem sequamini, venite et discite, quoniam mitis est et humilis corde. Humiliter ad humilem venite, si amatis; et ne discedatis ab illo, ne cadatis. Qui enim timet ab illo discedere, rogat et dicit: non mihi veniat per superbia. Bergite viam sublimitatis pede humilitatis. Ipse exaltat humiliter sequentes, quem descendere non piguit ad iacentes. Dona eius illi seroanda committite, fortitudinem vestram ad illum custodite. Quicquid mali ipse custodiens non committitis, tanquam remissum ab illo deputate: ne modicum vobis existimantes dimissum, modicum diligatis, et turgentia pectora publicanos inuosa iactantia contemnatis. De viribus vestris expertis caute, ne quis ferre aliquid potuistis, inflemini: de inexpertis autem orate, ne supra quam potestis ferre tentemini. Existimate aliquos in occulto superiores, quibus estis in manifesto ~~est~~ meliores. Cum aliorum bona, forte ignota vobis, benigne creduntur a vobis, vestra vobis nota non comparatione minuuntur, sed dilectione firmanthur: et quo forte adhuc desunt, tantum dantur facilius, quanto desiderantur humiliter. Perseuerantes in numero vestro praebeant vobis exemplum, cadentes autem augeant timorem vestrum. Illud amate, ut imitemini, hoc cogite, ne inflemini.

R. Cum metu et tremore vestram salutem

operamini; * Deus est enim, qui operatur in vobis
 et velle et perficere pro bona voluntate. V. gra-
 tia estis salvati, et hoc non ex vobis: Deic enim
 donum est. * Deus. V. gloria. * Deus. Philipp. 2. Eph. 2.

In II. et octavo lectio ex die XII.

In vesperis fit commemoratio sequentis.

Die XVIII. Februarii.

S. Simeonis Episcopi Martyris.

Simpl. d. lect.

Omnia de communi oratio infirmitatem.

Lectio III.

Ex historia ecclesiastica sancti Hezefippi.

Euseb. hist. l. 13. c. 32.

Ad Traiani Caesaris usque tempora Simeon,
 secundus post Jacobum Hierosolyma episcopus,
 filius Cleopha vitam produens, a sectis juivo-
 rum, quod ex divina Domini progeie genus
 ducebat, per calumniam vocatur in iudicium;
 eius nomen eade re ita ad Althium virum
 consularium deferitur. qui cum multis diebus
 acerbis plagas patere tur, testimonium fidei
 fortiter perhibuit: adeo ut cum omnes, tum
 ipse consularis supra modum mirarentur,
 quo pacto, cum esset centum et viginti annos
 natus, talem et tam acerbam plagarum crucia-
 tum sustineret. quibus rebus confectis ad ex-
 tremum mandatum est, ut in crucem ageretur.

¶ Vir etate proventus gloriosissimam mortem
 complectens voluntarie ibat ad supplicium:
 * et 7 vita discepit uniuerso genti memoriam
 mortis sue ad exemplum virtutis ac fortitudi-
 nis derelinquens. V. Christo confixus ~~per~~
 cruci, et configuratus morti eius. 7. vita.
 V. gloria. 7. vita. 2. Mach. 6. Gal. 2.

Die XXIII. vel XXIV. Febr.

Vigilia S. Matthie apostoli.

Omnia de feria currente. oratio de quiescimus.

De communi.

Lectio III.

Sermo sancti Bernardi abbatis.

in vig. apost.

In sanctorum vigiliis necesse est vigilare hominem spiritualem, qui solemnitates eorum celebrare desiderat in spiritu veritate. alio enim carnalium, alio spiritualium vigilia. Illi et nitidiores cultus, et epulas preparant lautiores, et fortasse in ipsis vigiliis operantur opera tenebrarum, letantur cum male fecerint, et exultant in rebus peccatis. Vos, fratres, non ita didicistis Christum, qui Christum secuti estis, qui omnia reliquistis, qui vigilianti oculo vigiliarum nomen debetis attendere. Ad hoc enim vigilia proponuntur, ut evigilemus, si in aliquo peccato vel negligentia dormitamus, et preoccupemus faciem sanctorum in confessione. Non sic filii huius seculi, non sic, qui obdormierunt in flagitiis et facinoribus suis. Vos autem non estis filii noctis, neque tenebrarum, sed lucis et diei, ut non vos preoccupent natalitii sanctorum dies, et inveniant imparatos.

R. Eue super montes pedes evangelizantis. et annuntiantis pacem. et celebra prima festivitatem tuam, celebra votivam. V. quam pulchri pedes predicantis salutem, dicentis domini. regnabit deus tuus. et celebra. V. gloria. et celebra. Mat. j. g. 52.

Die XXIV. vel XXV. Febr.

S. Matthie apostoli.

Festivitas II. clavis. 12. lect.

Omnia de communi apostolorum proter sequentia.

Gr I. Vesperis ad Magnif. ant. oportet festum resurrectionis Jesu nobiscum fieri unum

ex istis: & et statuerunt duos, Joseph et Matthiam.
act. i.

Oratio.

Deus, qui beatum Matthiam apostolorum tuo-
rum collegio sociasti: tribue quo sumus, iustius
interventione tua circa nos pietatis, semper viscera
salutamus. Per Dominum.

Ad vigilias de communi.

In I. nocturno.

Lectio I.

De actibus apostolorum, cap. i.

In diebus illis exurgens Petrus in medio fra-
trum dixit: erat autem verba hominum
simul fere centum viginti: viri fratres, qui
vel impleri scripturam, quam predixit spiri-
tus sanctus per os David de Juda, qui fuit dux eorum,
qui comprehenderunt Jesum: qui connumeratus
erat in nobis, et sortitus est sortem ministerii
huius.

R. In ore pacem cum amico suo loquitur, et
occulte ponit ei insidias: & numquid super his
non visitabo, dicit Dominus? V. Homo pacis meo,
qui edebat panes meos, magnificavit super me
supplantationem. & numquid. Jer. g. Ps. 40.

Lectio II.

Et hic quidem possedit agrum de mercede iniqui-
tatis, et suspensus crepuit medius, et diffusa
sunt omnia viscera eius. Et nolum factum est
omnibus habitantibus Jerusalem, ut aut appel-
laretur ager ille lingua eorum Haceldama, hoc
est, ager sanguinis. Scriptum est enim in libro
psalmodum: fiat commemoratio eorum in deserto,
et non sit qui inhabitet in ea; et operio-
rum eius accipiat aether.

R. Deus destruet te in finem, et vellet te emi-
grabit te de tabernaculo tuo: & et radicem tuam
de terra viventium. V. Expellam te de statione
tua, dicit Dominus; et de ministerio tuo de-
ponam te. & et radicem. Ps. 51. Ps. 22.

Lectio III.

Oportet ergo ex his viris, qui nobiscum sunt congregati in omni tempore, quo intravit et exiit inter nos Dominus Iesus, incipiens a baptisma le Joannis usque in diem, qua assumptus est a nobis, testem resurrectionis eius nobiscum fieri unum ex istis. Et statuerunt duos, Joseph, qui vocabatur Barabab, qui cognominatus est Justus, et Matthiam.

R. Vos testes mei, dicit Dominus. & Aseruus meus, quem elegi. & Vos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis. & Aseruus. Ps. 113. Joan. 15.

Lectio IV.

Et orantes dixerunt: Tu Domine, qui corda nosti omnium, ostende quem elegeris ex his duobus unum, accipere locum ministerii huius et apostolatus, de quo provaricatus est Judas, ut abiret in locum suum. Et dederunt sortes eis, et cecidit fors super Matthiam, et annumeratus est cum undecim apostolis.

R. Dixi: Deus meus es tu, in manibus tuis sortes meae: funes ceciderunt mihi in proclavis. & etenim & hereditas mea proclara est mihi. & Dabitur illi fidei donum electum, et fors in templo Dei accipit prima. & hereditas. & gloria. & hereditas. Ps. 15. Sap. 15.

In II. nocturno.Lectio V.

De expositione sancti Joannis Chrysostomi in actus apostolorum. Hom. 15.

In diebus illis exurgens Petrus. Tamquam fervidus, et tamquam is, cui a Christo grex commissus fuerat, et tamquam chori principis utique primus incipit loqui. Viri fratres, oportet impleri scripturam. Illud considera, quod Petrus agit omnia ex communi sententia, nihil ex auctoritate, nihil cum imperio. Oportet igitur ex viris, nobiscum congregatis in omni tempore. Quam ob rem communicat

hoc negotium cum illis! ne delaberentur in
 contentionem; nam si his ipsis hoc audivit, multo
 magis accidisset illis. Propterea ait: viri fratres,
 oportet eligere e nobis. Multitudini permittit
 iudicium, simul eos qui eligebantur, reddens
 venerandos, et seipsum liberans ab odio ceterorum.
 Ex quibus autem faciendae electio, ipse in-
 terpretaatur dicens: ex vobis nobiscum congre-
 gatis in omni tempore; etenim si dixisset:
 modo istos oportet adesse, ceteros affecisset con-
 tumelia.

De communis

Lectio VI.

Et statuerunt duos, Joseph, qui vocabatur
 Barsabas, qui cognominatus est iustus, et
 Matthiam. quare non multos? ne maior fie-
 ret animorum dejectio, ne veres in multos
 distraheretur. et neque temere Matthiam propo-
 nit, sed ostendens, frequenter cum, qui apud homi-
 nes in pretio est, apud Deum esse inferiorem.
 Et vero omnes communiter precantur ^{scilicet ad Deo},
 dicentes: Tu Domine, qui nosti corda omnium,
 ostende. Tu, inquit, non nos. a precordium
 cognitorem appellant; hinc enim electio erat
 faciendae, non ab exterioribus. et neque dixerunt,
 elige; sed: ostende electum, hoc est, quem tu
 elegisti; scientes omnia praesentia esse a Deo.

Lectio VII.

Et dederunt eis sortes. et nondum iudicabant
 se idoneos, nisi rem ipsis sibi permitterent, ideoque
 cupiunt aliquo signo edoceri. alioqui si illuc,
 ubi non erat precatio, neque viri probistan-
 tum valuit fors, eo quod recto animo fieret,
 super persona: multo magis hic explevit chorum,
 ac perfecit ordinem. et hoc ad ter ille doluit.
 non enim celescent apostoli proprios de-
 factus, qui de ipsis primaribus non veriti sunt
 dicere, quod alibi commoti fuerunt indigna-
 tione, sedque non semel, sed saepius. Hoc igitur
 et nos imitemur. Non jam omnibus loquor,

Sed his tantum, qui principatum affectant.
Sicredis, dei esse electionem, ne indigneris:
illi enim indignaris, et irritaris adversus il-
lum. Ille est, qui elegit.

Lectio VIII.

Ex libro Stromatum sancti Clementis
Presbyteri Alexandrini. l. 5.

Continentia est corporis contemptus, secun-
dum pactum deo inita: neque enim circa res
veneras dumtaxat, sed etiam circa alia, quo
anima necessarius non contenta male concupiscit,
continentia versatur. Est in loquendo, in acqui-
rendo, in utendo, in concupiscendo continentia.
Non docet modo, sed et probet temperantiam divi-
na virtus et gratia existens. Dicendum autem,
quid nostris de illa videatur. Ferunt, Mattheum
sic docuisse: cum carne pugnandum, eaque ubi-
dum, nihil ei protervum ac incontinentis ad
voluptatem largiendo, animam vero fide ac cog-
nitione augendam.

In III. Nocturno lectiones cum suis Ps. De
communis.

Sequentia sancti Evangelii secundum
Mattheum. cap. xi.

In illo tempore: Respondens Jesus dixit: confi-
teor tibi Pater, Domine caeli et terrae: quia ab-
scondisti haec a sapientibus et prudentibus, et
revelasti ea parvulis. Pa Pater: quoniam sic
fuit placitum ante te. Omnia mihi tradita
sunt a Patre meo. Et nemo novit Filium, nisi
Pater; neque Patrem quis novit, nisi Filius, et
cui voluerit Filius revelare. Venite ad me om-
nes, qui laboratis, et onerati estis: et ego resi-
ciam vos. Tollite iugum meum super vos, et dis-
cite a me, quia mitis sum et humilis corde: et
invenietis requiem animabus vestris. Iugum
enim meum suave est, et onus meum leve.

Ad Bened. ant. Tu Domine, qui corva nosti om-
nium, ostende quem elegeris, & accipere locum
ministerii et apostolatus. act. i.

In II. Vesp. ad Magnif. ant. Tederunt fortes eis,
et cecidit fors super Mathiam: et annumeratus
est cum undecim apostolis. act. j.

Et sic commemoratio sequentis, de communi. Ora-
tio ut infra.

Festum hoc si transferatur, celebratur die se-
quente, et S. Walpurgis altero sequente, nisi
in quadragesima, quia tunc de sancta sic sola
commemoratio per modum simplicis.

Die XXV. vel XXVI. Febr.

S. Walpurgis Virginis.

Duplex d. lect.

Omnia de communi unius virginis.

Oratio sac. gelas.

Castimonia pacem mentibus nostris atque cor-
poribus, intercedente sancta Walpurgis ~~virgi~~
virgine tua, Domine propitiatus indulge:
ut veniente sponsa Filio tuo unigenito, auctoris
Campadibus eius digni prostolemur occursum.
Per eundem. Lectio III.

Ex vita per Wolfhardum presbyterum scripta.

apud Nabil. sec. III. Bened.

Walpurgis virgo in Anglia nata, unicum fratri-
bus suis Willibaldo et Wunibaldo, relicta patria,
sanctum Donifacium in Germaniam secuta est.
a nobis Wunibaldo fratre, collectis universis
sanctimonialibus apud Heidenheim, dominicis
instantissime cepit inherere mandatis, rebus
mundi omnibus preteritis atque calcatis. Et noctibus
igitur ac diebus in oratione persistens, vigilisque
et jejuniis semper intentata, castum a primova
origine corpus custodiens, seipsam Domino com-
mendabat attentius, ut mentem puram, quam
munerat fide, casto conservaret et corpore:
Sicque Dominum protectorem semper in cunctis
operibus provium habuit, et quodcumque petiit
impetravit. Virtutibus demum omnibus ador-
nata ad sponsum migravit anno septingentesimo

Octogesimo, in suo monasterio sepulta. Inde
vero Eichstadium translata quotidianis mira-
culis coruscant.

R. Eue qui elongant se a te Domine, peribunt: &
michi adherere Deo bonum est, ponere in Domi-
no Deo spem meam. *V.* qui adheret Domino,
unus spiritus est. & michi. *V.* gloria. & michi.
Ps. 72. 1. cor. 6.

Die XXVII. vel XXVIII. Febr.

S. Leandri Episcopi Vadoris.

Duplex B. lect.

Omnia de communi Doctorum.

Oratio.

Deus, qui arianam pravitatem beati Leandri
Confessoris tui atque Pontificis doctrina et
meritis ab Hispania repulisti: Da plebitus;
ut eius interceptione ab omni errorum ac
vitiatorum labe semper liberi conservemur.
Per Dominum.

Lectio III.

Ex sancti Isidori Hispalensis libro de
Scriptoribus ecclesiasticis. cap. 28.

Leander genitus patre Severiano Carthagenensis
provinciae Hispaniae, professione monachus,
Aex monacho Hispalensis ecclesiae praetico
constitutus episcopus, vir suavis eloquio, in-
genio prestantissimus, vita quoque tantum
atque doctrina clarissimus, ut etiam fide eius
et industria populi gentis Gothorum ab ariana
insania ad fidem catholicam reverterentur.
Hic in exilii sui peregrinatione composuit
duos adversus haereticorum dogmata libros, pra-
ditione sanctarum scripturarum ditissimos:
in quibus vehementi stylo ariana impietatis
confodit et de legit pravitate, ostendens sci-
licet, quid contra eodem habeat catholica
ecclesia, vel quantum distet, ab eis religione
vel fidei sacramentis. Restat et aliud laudabile
eius opusculum adversus insidiosa arianorum,

in quo propositis eorum dictis suas responsiones
 opponit. Preterea edidit unum ad Florentinam
 Sororem de institutione virginum et continentia
 mundi libellum. Siquidem et in ecclesiasticis of-
 ficiis idem non parvo elaboravit studio: in
 solo enim psalterio duplici editione orationes
 conscripsit. In sacrificii quoque laudibus atque
 psalmis multa dulcissime composuit. Scripsit
 et epistolas multas, ad papam Gregorium de bay-
 sismo unam, alteram ad fratrem, in qua promo-
 net, cuiquam mortem non esse timendam. ad
 ceteros quoque coepiscopos plurimas promul-
 gavit familiares epistolas. Effi non satis splen-
 didas verbis, auctas tamen essentias. Floruit
 sub Rearedo viro religioso ac principe glorioso,
 cuius etiam temporibus mirabili obitu adma-
 lis viro terminum clausit: circa annum sea-
 centesimum:

Ps. Tabote, dicit Dominus, in murum arcum,
fortem; et bellabunt adversum te, et non pro-
valebunt, quia ego tecum sum. V. Exurgent
viri loquentes perversa, et abducant discipulos
post se. * et. V. gloria. * non. Jer. 15. Act. 20.

Festa Martii.

Die III.

S. Chunegundis auguste Virginis.

Duplex D. lat.

Omnia de communi Virginum.

Oratio Gm. III.

Omnipotens et misericors Deus, qui a gloria
 tua nullum excipis sexum, nullamque condi-
 tionem excludis: te suppliciter exoramus, ut
 sicut beato Chunegundi virgini tuo post terreni
 culmen in perii coelestis regni solium contu-
 listi; ita meritis eius et precibus nobis quoque
 famulis tuis aeternae felicitatis premia largia-
 ris. Per Dominum.

Lectio III.

Ex vita per Anonymum scripta, et bulla
 canonizatae Innocentii III. apud Maluiton
 Sec. VI. Bened.

Chunegundis Henrico Pio Romanorum Impera-
 tori nupta, coelesti regi virginitatem suam
 consecravit; quam etiam usque in finem casti
 conjugis consensu conservavit. Contraquam
 cum aliquando suspicio fuisse exorta super
 ignitos vomeres nudis plantis illa incedens
 innocentiam suam declaravit. His operibus
 jugiter intentis plures ecclesias et monasteria
 edificavit, restauravit ac dotavit. Mortuo
 conjugis ipsa in Confugiensi monasterio a
 se fundato habitum sancti Patris Benedicti
 suscepit: ubi omnibus se inferiorem exhi-
 bens manu propria laborabat. Cum quin-
 decim in sancto proposito superuixisset
 annos, tam humilitatis gratia, quam reli-
 gionis reverentia omnibus admiranda,
 ex nimia ciborum abstinentia, ac orationis
 et vigiliarum incredibili perseverantia, cor-
 pore languescere cepit: quo tandem feliciter
 soluta ad aeterni Regis nuptias emigravit
 anno millesimo quadragesimo, innumeris
 post obitum miraculis clara.

R. Felix incoinquinata, quae nefariorum
 in delicto: & habebit fructum in refectione
 animarum sanctarum. V. Honorabile con-
 jugium in omnibus, et locus immaculatus,
 & habebit. V. Gloria. & habebit. Sap. 13. Hebr. 13.

In vesperis fit commemoratio sequentis
De communi. Oratio: Deus qui nos.

Die IV. Martii.

S. Lucii Papae Martyris.
 Simpl. 13. lect.

Omnia de communi unius Martyris.

Leitio III.

Ex Eusebio et S. Cypriani epist. 61.

Lucius Gallo et Volusiano Imperatoribus
 sancto Cornelio in sede Romana suffertibus paucis

post in exilium ob fidei confessionem relegatus est. Inde brevi reuerso sanctus Cyprianus Carthaginensis Episcopus ita scripsit: Tibi et comitibus tuis atque uniuerso fraternitati gratulamur, quod cum gloria et laudibus uestris, redieris uos de uo ad suos fecerit benigna Domini et larga protectio: ut pascentis gregi pastor, et gubernanda navi gubernator, et plebi regenda rector redderetis, et appareret, relegationem uestram si diuinitus esse disposuimus, non ut episcopus relegatus et pulsus ecclesie deceret, sed ut ad ecclesiam maior rediret. Regredientibus uobis breuiata non est in episcopo confessionis sue dignitas, sed magis creuit sacerdotis auctoritas: ut aeterni Dei apostolus antistes, qui ad confessionis arma sumenda et facienda martyria non uerbis plebem, sed factis cohortetur, et imminente antichristo parat ad praelium milites non solum sermonis et uocis incitamento, sed fidei et uirtutis exemplo. ac deum concludit: Hic quoque in sacrificiis et in orationibus nostris non cessamus Deo patri et Christo Filio eius Domino nostro gratias agere, et orare pariter ac petere, ut qui perfectus est atque perficiens, custodiat et perficiat in uobis confessionis ~~uestre~~ uestra gloriosam coronam: qui et ad hoc uos forte reuocauit, ne gloria esset oculta, si fors esset confessionis uestra consumpta martyria. etiam uultima, qua fraternitati probet exemplum uirtutis et fidei, pro se tribus debet fratribus immolari. Hucusque Cyprianus. An Lucius gloriosus hoc sine deceperit, litteris proditum non habemus: illum tamen idem Cyprianus ad Stephanum eius successorum scribens Martyrem appellauit.

R. Ceperunt me inimici mei gratis, dixi: perii, uocem meam Domine audisti: et iudicasti causam animae meae, redemptor uita meae. V. Ego non solum alligari, sed et morti paratus sum propter nomen Domini Iesu. et iudicasti. R. gloria. et iudicasti. Thren. d. act. 21.

Die VI. Martii.

S. Fridolini Confessoris.

Duplex maius 12. lect.

Omnia de communi Monachorum.

Oratio.

Deus, qui nobis aeternae salutis beatum Fridolinum ministrum tribuisti: proflaque sumus: ut quem doctorem vultu habuimus in terris, intercessorem habere mereamur in caelis. Per Dominum.

In II. Notuano.

Lectio V.

Ex vita per Daetherum monachum

Seckingannum scripta de Daetherum Dalbulum.

Fridolinus in Scotia nobilibus natalibus ortus, cum facultatibus abundaret, misericordia in pauperes enituit. Clericalem statum amplexus, et sacerdotio initiatus, omnes fere patriae suae civitates, et multacirca quaque loca circumivit, ut fidem catholicam suae praedicationis officio stabiliret. Honores fugiens, parentibus patriaque relictis, suisque omnibus in pauperes ac loca pia distributis tandem in Gallias pervenit.

Lectio VI.

Ibi variis in locis veram fidem ferventissimo zelo praedicans, demum in monasterio Bichavienensi, quod sancti Hilarii dicebatur, post varias peregrinationes confedit: cuius etiam monasterii regimen, abbas eundem constitutus, in se suscepit. Idem sanctus Fridolino familia ripimum se exhibuit, sepius ei in spiritu apprensus Dei voluntatem annuntiavit, futura plurima praedixit, atque in difficillimis negotiis consiliis suis adjuvit. Unde etiam insigni in illum sanctum studio ac devotione ferebatur.

Lectio VII.

Postquam ibi per aliquot annos, cura sua

com miferis sancte rexisset, studio dilataunda
religionis auctus, inde portans, quam reli-
quias Sancti Hilarii suscepit, ac primum ad
Mospellam fluvium, deinde in monte Vosago,
argentino, curio Rhetorum, Constantio, et
glarone monasteria aut ecclesias in hono-
rem Sancti Hilarii edificavit, et ubique verbo
et miraculis plurimos ad fidem perduxit.

Lectio VIII.

Tandem ad premonstratam sibi calitus in-
sulam lacconium, que nunc Seckinga dicitur,
delatus, multa ab auctis perpopus,
sanctimonialium virginum collegium
instituit. cumque ibidem per multos annos
cum discipulis suis sanctissime vixisset, et
coadunata sacrarum virginum congrega-
tione multo per eum divina largiente gra-
tia ostenderentur virtutes, huius lucis me-
ram transendo ad caelestem patriam emi-
gravit, ac in eadem insula honorifice condi-
tus est, primus harum regionum apostolus, cuius notabiles Reliquias invenio

In III. et Octavo lectione cum suis RR.

1780. accipimus.

De communi abbatum. Evangelium:

Homo peregre. De Pontifice.

Die VII. Martii.

SS. Perpetuae et Felicitatis Martyrum.

Semiduplex. O. lect.

De communi Mulierum Sanctorum.

Ad Nagais. ant. Timor Domini cum electis
feminis graditur, et cum justis et fidelibus
agnoscitur: et firmamentum est Dominus
timoribus eum. Ps. 112.

V. Deus noster refugium et virtus,

R. Non timebimus, dum turbabitur terra. Ps. 118.

Oratio.

Omnipotens sempiterna Deus, qui infirma
mundi eligis, ut fortia quoque confundas.
Da nobis intercedentibus beatis Martyribus
tuis Perpetua et Felicitate, ut spiritu tuo
veritatis armati, mundum sine blanditiam
hoc servientem vincere pro tui nominis amore
valeamus. Per Dominum.

Lectio II.

Ex actis syncriis apud Ruinarb.

Severo imperatore apprehensi sunt in Africa
adolescentes catechumeni, Revocatus et Felici-
tas conserva eius, Saturninus et Secundulus,
Inter quos et Viviana Berpetua, honeste nata,
matronaliter nupta, habens filium infantem
adultera. Erat autem ipsa annorum circiter
viginti duorum. Hoc ordinem martyrii sui
conscriptum manu sua reliquit. Cum adhuc,
inquit, cum persecutoribus essemus, et me
pater avertere pro sua affectione perfovera-
ret; Pater, inquit, aliud me dicere non pos-
sum, nisi quod sum Christiana. Tunc pater
motus in hoc verbo misit se in me, ut oculos
michi erueret. sed vexavit tantum, et pro-
fectus est vitibus cum argumentis diaboli.
Tunc baptizati sumus; mihi autem spiritus
dilatavit, nihil aliud petendum in aqua,
nisi sufferentiam carnis. Post paucos dies
recipimur in carcerem, et rumore curant
ut audiremur. Alio die, cum pranderemus,
subito rapti sumus, et pervenimus ad forum.
Ascendimus in cathedra. Interrogati ceteri
confessi sunt. Ventum est et ad me, et appa-
ruit pater illico cum filio meo, et dixit suppli-
cans: miserere infanti. Et Thilarinus pro-
curator: parce, inquit, canis patris tui,
parce infantio pueri: fac sacrum pro salute
imperatorum. Et ego respondi: non facio,
Christiana sum.

Re. Omnia, que locuta es vera sunt, et non
est in sermonibus tuis ulla reprehensio: *
nunc ergo ora pro nobis, quoniam mulier
sancta es et timens Deum. V. Fecisti viriliter,
et confortatum est cor tuum. * nunc. Judith. 8. 15.

Lectio III.

Tunc nos universos pronuntiat et damnat
ad bestias, et hilares descendimus ad carcerem,
Felicitas vero, que pro magna fuerat appre-
hensa, instante spectaculi die in magno
erat luctu, ne propter ventrem differeretur:
sed et cum martyres eius graviter contristabantur,

ne tam bonam sociam solam in via eiusdem
 spei relinquerent. Itaque ad Dominum oratio-
 nem fuderunt. Et statim post orationem dolo-
 res eam invaserunt. At cum in partu labo-
 rans doleret, ait illi quidam ex ministris: quo-
 sic modo doles, quid facies objecta bestiarum, quas
 contempnisti, cum sacrificare noluisse? Et
 illa respondit: modo ego patior: illic autem
 alius erit in me, qui patitur pro me, quia et
 ego pro illo passus sum. Altero die, post-
 quam hoc scripsisset beata Perpethua simul
 cum aliis bestiarum objecta est, et gladio tandem
 consummata.

R. Infirma mundi elegit Deus, ut confundat
 fortia: & ut non glorietur omnis caro in
 conspectu eius. V. Arcus fortium superatus
 est, et infirmi accincti sunt robore. & ut non.
 V. gloria. & ut non. 1. Cor. 1. 1. Reg. 2.

Ad Bened. ant. Oleum effusum nomen
 tuum Domine: & adolescentulo dilexerunt
1. Cant. 1.

V. Exultaverunt filii Jude:

R. Propter iudicia tua Domine. Ps. 96.

Oratio ut supra.

Explicit proprii Sanctorum
 Bars Hyemalis.